TYRWHITT

[illegible]

THOMAE TYRWHITT
DISSERTATIO
DE
BABRIO
FABVLARVM AESOPEARVM SCRIPTORE

INSERVNTVR

FABVLAE QVAEDAM AESOPEAE NVMQVAM ANTEHAC EDITAE EX COD. MS. BODLEIANO

ACCEDVNT

BABRII FRAGMENTA

EDITIO ALTERA EAQVE AVCTIOR

PRAEFATVS EST

THEOPH. CHRISTOPH. HARLES

ERLANGAE
SVMTV IO. IAC. PALMII
cIↃIↃ CCLXXXV

1785

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

CHRISTIANO DANIELI BECK V. C

PHILOSOPHIAE D. ET PROFESSORI IN VNIVERSITATE LITTERARVM LIPSICA

S. D. PL

THEOPHILVS CHRISTOPHORVS HARLES

Ad consilium dissertationis cel. *Tyrwhitti de Babrio*, quae Londini apud T. Payne et P. Elmsley a. cIↃIↃ CCLXXVI in mai. 8. prodiit, in Germania typis repetendae, me et insignis libelli raritas et grauitas argumenti doctaque rerum hucusque par-

tim minus accuratae explicitarum, partim incognitarum expositio cumprimis impulerunt. Libelli vero videndi et penitius cognoscendi, postquam editus esset, cupiditatem mire excitauit cum censura honorifica, quam in Bibliotheca critica, (Amstel. 1777. vol. I. part. II. pag. 120. sqq.) legeram, cuiusque initium ad imum posui marginem *), tum vero, quod

*) „*Breuis est*, ait censor, *hicce libellus, quippe qui octo et quadraginta tantum paginis constet, sed plenus elegantis accurataeque doctrinae. Eius exempla cum et pauca sint et in paucorum manus venisse videantur, credimus, eo iucundiorem fore aliis nostram de eo relationem. Cumque auctor ipse nomen suum non prodiderit, nolumus ignorari ab litterarum nostrarum amantibus, eum esse Thomam Tyrwhittum, cuius alia iam extant, eaque egregia, ingenii doctrinaeque specimina, veluti* Emendationes *adiectae Musgrauii V. Cl.*

quamcumque, quae Io. Alb. Fabricius in Bibliotheca graeca de Aesopo, Babrioque scripsit, ex illo egregie augeri posse atque emendari facile animaduerti. Vbi vero diu, at frustra, in tabernis librariis a me quaesitus erat libellus, eo, vt fieri solet, illius nanciscendi, saltem curatius cognoscendi cupiditas magis magisque incensa est; quam quidem beneficio ill. *Heynii*, a quo per litteras potestatem exemplaris inspiciendi petieram, TVAque, *humanissime Becki*, insigni liberalitate, vt primum meum TIBI desiderium significaram, demum, idque intra exiguum temporis spatium, grate expletam sensi; vestrique beneficii, in me

 positi,

Cl. Exercitationibus Euripideis, et fragmenta Plutarchi quaedam, edita ante hos quinque annos Londini &c.,, His addi possunt eiusdem viri docti eruditae, quibus Thomas Burgess alteram Ricardi Dawes Miscellaneorum criticorum editionem, Oxonii 1781. passim ornauit, adnotationes.

positi, atque iucunditatis ex vestra promptitudine atque humanitate perceptae gratam memoriam semper seruabo. Mei vero aduersus TE amoris pristini palam declarandi occasionem eo potius arripiendam esse duxi, quo magis vel ex hac liberalitate TVVM aduersus me animum perspexi, et quo plura alia a TE in me cum profecta, tum maiora adhuc exspectanda sunt ornamenta animique candidi amicique documenta. Tandem quoque exemplar mihi parauit Bohnius, vir honestus et bibliopola Hamburgensis haud ignobilis. Auide vero a me perlectum libellum quum intellexissem pluribus meis popularibus fore vtilem iucundumque, et ab aliis laudatum quidem esse, at nondum visum **), nouae editionis parandae cepi consilium,

**) *e. g. a V. D. in bibliotheca Berol. vniuers. in docta editionis Fabularum Aesopearum Ernestinae censura, in qua, quantum memini, de Babrio ipso egregie disputatur.*

consilium; neque eo, quia libellus hac ratione in plurimum, qui alioquin illo munere debent carere, veniet notitiam manusque, animum cl. *Tyrwhitti* offensum iri arbitror.

Quoniam praeterea scieueram, (atque TV quoque ea de re monuisti me,) cl. *Tyrwhittum* in noua sua Orphei de lapidibus editione ***) supplementa quaedam

***) Περὶ λιθῶν. De Lapidibus, poema Orpheo a quibusdam adscriptum, graece et latine ex editione I. M. Gesneri. Recensuit notasque adiecit Thomas Tyrwhitt. Simul prodiit Auctarium dissertationis de Babrio. Londini 1781. 8. *conf. eruditam huius editionis censuram, (quam ab acutissimo Ruhnkenio scriptam esse fere suspicor,) in Bibliotheca critica Amstel. vol. II. part. VIII. pag. 85. sq. cuius initium, vt, quid de hac dissertatione ingenioque Tyrwhitti iudicandum sint, perspiciant lectores, nec ego partium cupidus videar, huc transferre, haud incommodum videtur. „Ex iis, qui nunc Critici in Britannia numerantur, du-*

conscripsisse, illius autem editionis acquirendae potestas mihi nondum data est; per litteras adii cel. *Reussium*, Professorem Gottingensem, eumque rogaui, vt *auctarium* illud de exemplo, quod in bibliotheca Gottingensi esse compereram, curaret describendum: neque vir ille humanissimus defuit precibus meis; quam quidem viri eximii promtitudinem, atque be-

dubito, an quisquam vllo sit genere laudis Thomae Tyrwhitto anteponendus. Non enim vanis incertisque coniecturis lectorem ludit, aut ingenii ostentatione lasciuit, sed criticae disciplinae seueritate vsus, sententiam cuiusque scriptoris amplectitur, ex eaque in omnes partes versata facile elicit, quod prius scriptum erat. Has autem tam felices emendationes non, qui multorum mos est, Thrasonico flatu iactat, sed summa modestia viris eruditis iudicandas proponit. Testes sagacitatis et moderationis sunt Euripides, Plutarchus et Babrius, de quibus alias diximus. Testis iterum libellus, cuius titulum hic posuimus. &c.

beneuolentiam cum significatione grati animi agnosco et palam celebro. Illa vero supplementa, suo quoduis loco, insferui, eoque modo hanc in Germania repetitam dissertationis editionem reddidi auctiorem. Hoc tantum loco addam praefatiunculam, quam doctissimus *Tyrwhitt* auctario huius dissertationis in editione Orphei memorata praefixit:

„Cum post editam hanc dissertationem annis abhinc quatuor, partim amicorum opera et consiliis, partim ex mea ipsius diligentia nonnulla subsidia parauerim mihi, quibus auctoris nostri opus paullo locupletius, meum minus culpandum redderetur, tenebris ea damnare nolui: adeoque cum eiusmodi sint, vt eorum causa minime necessarium videatur, dissertationem totam in vsum tinearum recudere, quod huius folii reliquum est, iis recipiendis et in publicum euulgandis destinaui.„

)( )(Acci-

Accipias igitur velim, *Vir Celeberrime*, nouam hanc editionem, tamquam testem pignusque amicitiae atque voluntatis, TIBIque persuadeas, non esse me tam ingratum et tam inhumanum, vt a TE vincime facile patiar aut officiis aut amore. TV vero vt cum aliis viris doctis operam meam qualemcumque aequi bonique consulas, meorum summa est votorum. TE denique, qui non solum patriam TVAM sedemque litterarum Lipsicam, sed vniuersam quoque rempublicam litterariam egregie ornas, Deus T. O. M. diutissime conseruet saluum sospitemque, faciatque, vt mox ingenii, eruditionis, meritorumque, quorum multitudine et fama iam flores, praemia consequaris amplissima. Vale mihique, quod facere soles, faue. Scrib. Erlangae d. XXI. Ianuar. cIↃ IↃ CCLXXXV

DISSERTATIO

DE

BABRIO &c.

In vulgatis, quas habemus ſub Aeſopi nomine, fabulis, obſeruatum eſt a viris doctis nonnulla ſparſim inueniri melioris et quidem optimae notae, quae ſi non ab ipſo Aeſopo, at a ſcriptore antiquo et in primis eleganti deriuata eſſe non poteſt dubitari. Horum plurima, cum metri Scazontis ſiue Choliambici manifeſta ſer-

uent vestigia, ad Babrium (1) auctorem verisimiliter referuntur, quem constat, ex Suida aliisque collectionem satis amplam fabularum Aesopearum in eo metro scripsisse. Mihi propositum est in hac dissertatiuncula

[1] Quis ille Babrius, quibus temporibus et locis vixerit, nondum compertum est. Suidas, qui ex opere eius multa protulit, de ipso hæc pauca notat. Βαβριας, ἡ Βαβριος, μυθους ἠτοι μυθιαμβους, εισι γαρ δια χοριαμβων (l. χωλίαμβων) εν βιβλιοις δεκα. ουτος εκ των Αισωπειων μυθων μετεβαλεν απο της αυτων λογοποιΐας εις εμμετρα, ηγουν τους χοριαμβους (l. χωλιαμβους). Bentleius, (*Dissertat. upon Aesop.* Sect. VII.) ponit eum *in ultima aetate bonorum auctorum.* Quod vagum est, et nullo, quantum video, argumento fundatum. Si crisis illa, quam nuper proposui [*Archaeologia*, Vol. III. p. 235.] de loco Apollonii in Lexico Homerico, v. Αειδε, vera sit (ut verissimam credo), iuvabit nonnihil ad aetatem Babrii accuratius paulo determinandam. Locus iste ex conjectura nostra in metra choliambica distribuendus est, et sic legendus,

—— Ταυτα δ' Αισωπος
Ὁ Σαρδιηνος ειπεν, ὁνπερ οἱ Δελφοι
[Vulg. αδελφοι]
Ἀδοντα μυθον ου καλως εδεξαντο.

Hæc

tatiuncula opinionem istam de Babrio aliquatenus confirmare, praesertim ope codicis cuiusdam MSti. in Bibliotheca Bodleiana seruati, qui editores Aesopi huc vsque latuit [2]. Obseruationes etiam nonnullas

Hæc Babrii esse et metrum et sensus clamant. Hunc igitur Apollonio antiquiorem tuto statuamus; Apollonium autem circa tempora Augusti floruisse, cum Cl. eius editore, verisimillimum arbitror; aut etiam aliquando prius.

Aetati autem Babrio sic assignatae suffragatur Auienus, qui eum ante Phaedrum collocat. *Praef. fab. Auieni.* „Quas (fabulas scilicet Aesopi) Graecis Iambis Babrius repetens in duo volumina coartauit; Phaedrus etiam partem aliquam quinque in libellos resoluit.„

In hoc autem ab Auieno Suidas discedere videatur, cum alter Babrio *duo volumina* alter *decem libros* tribuat; sed non constat Auienum *volumina* posuisse eodem sensu, quo Suidas *βιβλία*; et praeterea numeri in Codd. MSS. non raro turbantur.

[2] Et tamen, qui postremam editionem curauit, anno 1718. Iohannes Hudsonus, Bibliothecae illius a multis retro annis Protobibliothecarius fuerat. Neque id dico, vt obtrectem viro docto, industrio, et de literis, praesertim Graecis, optime merito, sedvt luculento exemplo demon-

 strem,

las adiiciam de collectionibus fabularum Aeſopearum tam editis quam ineditis, eo maxime conſilio, vt ſpem meam eruditis approbem, multa plura operis Babriani fragmenta in lucem protrahi poſſe ex Codd. MSS. per varias Europae bibliothecas putreſcentibus. Quod ſane egregio harum literarum incremento factum iri nemo eſt, quin fateatur.

Primum igitur fabellas aliquot ex codice Bodleiano deſcribam, quae in nullo alio Aeſopi codice, quod ſciam, leguntur, et quas ex Babrii Choliambis in proſam orationem conuerſas fuiſſe demonſtrant,

non

ſtrem, quantum incommodi res literaria ſuſtinuit, et ſuſtinebit ex Indicibus Manuſcriptorum minus accurate confectis. Hinc enim, vt opinor, eluſa eſt Hudſoni diligentia. Exemplar noſtrum in Catal. Bibl. Bodl. n. 2906. in codice plures alios tractatus continente, deſcribitur ſub titulo mendoſo, „*Apologi varii Gr.*„ adeoque in Indicem ſub nomine Aeſopi, vt debuit non relatum eſt. In MS., tituli loco, occurrunt haec verba, quae ſcriptor fortaſſe poſuit pro verſu Iambico; *Αισωπος ευρε τοις μυθοις πραξιν βιω.*

]3] Nu-

non modo „ disiecti membra poetae „ passim occurrentia, sed etiam ipsius Babrii fragmenta quaedam a Suida conseruata.

V. [3.] Ἁι Δρυες κατεμεμφοντο τον Δια· ὁτι, επει κοπτομεθα, τι ἡμας μετα των λοιπων φυτων εποιησας; ὁδε Ζευς ειπεν· ὑμεῖς αυται αιτιοι της κοπης· [4.] Ει μη γαρ ὑμεις τα στελλιδια εγεννατε, ουκ αν πελεκυς ὑμας εξεκοπτεν.

A 3 XXI.

[3] Numeri Romani designant ordinem fabularum in ipso codice; in quo Alphabetice secundum primam cuiusque fabulae literam disponuntur. Titulis enim omnino carent. Epimythia habent plerumque, et rarius Promythia: sed ea omnia omisi. Lectorem etiam monitum volo, me errores, qui in Mss. scatent, licet manifestissimos, vix vnquam correxisse; quis enim in tali scriptore emendando aut modus, aut finis?

[4] Simillima habemus apud Suidam in v. Στελεον, ex Babrio, vt ipse ait, depromta:

Ει μη γαρ ὑμεις στελεα παντα τικτητε,
Ουκ αν γεωργος πελεκυν εν δομοις ειχεν.

Idem in v. Στειλειος, [vel potius Στειλειον. V. Odyss. E. 236.] eandem fabulam, vt vi-

XXI. [5.] Γαμοι τȣ Ἡλιȣ θερȣς εγινοντο· παντα δε τα ζωα εχαιρον επι τȣτῳ· ηγαλλοντο δε και Βατραχοι· εις δε τȣτων ειπεν· ω μωροι, εις τι αγαλλεσθε; ει γαρ μονος ων ὁ Ἡλιος πασαν ὑλην αποξηραινει, ει γημας ὁμοιον αυτῳ παιδα γεννηση, τι ȣ παθωμεν κακον;

XLVII.

videtur, citat, ab auctore anonymo versibus hexametris redditam:

—— τι γαρ σθενος εσκε σιδηρῳ,
Ὑμειων ει μη οἱ ενι ςειλειον αρηρει;

[5] Fabula haec ex Phaedri versione satis nota est. L. I. 6. Graece autem nondum prodiit, nisi inter Iambica tetrasticha *Ignatii* illius *magistri*, siue *Diaconi*, quem *Gabriam* vocant. [V. *Fabric. Bibl. Gr.* I. 396.] Scriptor ille, qui saeculo nono ineunte floruit, et Babrium, vt verisimile est, in compendium redegit, ne vmbram quidem auctoris sui nobis hic conseruauit. Codex noster multo propius exprimit fabulae Babrianae conclusionem, quam Suidas paene integram dedit in v. Αυηνας, auctore non nominato:

Ει γαρ μονος νυν λιβαδα πασαν αυαινει,
Τι μη παθωμεν των κακων, ὁταν γημας
Ὁμοιον αυτῳ παιδιογεννηση [f. επιγεννηση];

Dele παιδιογεννηση, quod typographi erratum est, et f. επιγεννηση, quod meum.

Totus

XLVII. Ηειζεν ευφυει Γερανῳ [6] Ταως χρυσοπτερος, σκωπτασα την χροιαν της Γερανου· ἡδε εφη, αλλ' εγω αςρων εγγυς ἱπταμαι και φωνω· συδε, ὡς αλεκτωρ, χαμαι πτερυσσῃ, ουδ' αγω φαινει.

A 4 LXXIV.

Totus verſus ſic ſcribendus eſt ex MS. Suidae Harleiano. n. 3100.

Ὁμοιον αὐτῳ παιδιον Τι γέννησῃ

Eodem autem modo ſcribitur in MS. Suidae, qui in Collegio C. C. apud Oxonienſes ſeruatur, vt me nuper certiorem fecit optimae ſpei iuuenis, Thomas Burgeſſ, qui etiam caeteras eiusdem MS. in locis Babrianis varietates mihi humaniſſime transmiſit. Ex Auctario p. 51.

[6] Ex hac fabula, vt videtur, Suidas in v. Γερανος haec affert:

Αιβυσσα Γερανος ὁ δε Ταως ευπηληξ
Χλωρην μει βοσκοιτο χειματος ποιην.

Hi verſus in MS. Harl. ſic ſcribuntur,

Λυβυσσα Γερανος ΗΔΕ Ταως ευπηληξ
Χλωρην αει ΒΟΣΚΟΝΤΟ χειματος ποιην.

Quod, opinor, verum eſt. Grus et Pauo — paſcebant — hyeme, — quo ſcilicet tempore Grus in regionibus auſtrinis verſatur. Ex Auctar. p. 51.

In verſu priore metrum manifeſto laborat; ſed quomodo curandum ſit, ex noſtro, qui ſaepius nimis breuis eſt, non patet.

LXXIV. Λεων νοσησας εκειτο εν φαραγγι· τη προσφιλει δε Αλωπεκι, ἡ προσομιλει, ειπεν ει θελεις υγιαναι με και ζην, την Ελαφον την μεγιστην, την εις τον δρυμον οικουσαν, τοις γλυκεσι σου λογοις εξαπατησασα αγε εις εμας χειρας· επιθυμω γαρ αυτης εγκατων και καρδιας· ἡδε, Αλωπηξ . . . . και χαιρειν ειπουσα εφη· αγαθα σοι ηλθον μηνυσαι· οιδας ως ο βασιλευς ἡμων Λεων γειτων εστι σοι· νοσει δε και εστιν εγγυς του θνησκειν. εβουλευετο ουν ποιον των θηριων μετ' αυτον

patet. Nec succurrit Auienus, qui eundem, quem noster, Babrium ante oculos habuisse videtur. Fab. XV.

Threïciam volucrem fertur Iunonius ales
Communi sociam continuisse cibo.
Namque inter varias fuerat discordia formas,
Magnaque de facili iurgia lite trahunt;
Quod sibi multimodo fulgerent membra decore
Coeruleam facerent liuida terga Gruem.
Et simul erectae circumdans tegmina caudae
Sparserat arcanum rursus in astra iubar.
Illa, licet nullo pennarum certet honore,
His

τον βασιλευσει· εφη δε, ότι [7] Συς μεν εςιν αγνώμων·

Αρκος δε νωδρος, Παρδαλις δε θυμωδης, Τιγρις αλαζων· ἡ Ελαφος αξιωτατη εςιν εις βασιλειαν, ότι ὑψηλη εςι το ειδος, πολλα δε ετη ζη· το κερας αυτης οφεσι φοβερον· και τι σοι τα πολλα λεγω; εκυρωθης βασιλευειν· τι μοι εςαι πρωτη σοι ειπουση; αλλ' ευξαι μοι σπευδουση, χρηζει γαρ με συμβουλον εν πασιν· ειδε εμου της γραος ακουσης, συμβουλευω και σε ελθειν και προσμενειν τελευτωντι αυτῳ. ούτως

A 5 ειπεν

His tamen insultans vocibus vsa datur.
Quamuis innumerus plumas variauerit ordo,
Mersus humi semper florida terga geris.
Ast ego deformi sublimis in aëre penna
Proxima sideribus numinibusque feror.

[7] Habemus hic, nisi fallor, ipsissima Babrii verba. Haec autem fabula versibus etiam hexametris exposita fuisse videtur, ab auctore anonymo, vt verisimile est, qui citatur in n. 4. Ad hunc enim locum referrem fragmentum quod occurrit in Suida v. Αδειν.

Ουδε σι ουδ' αιθων ουδε Παρδαλις, ουνεκα θυμῳ
Εμπλειη.

cui

ειπεν ἡ Αλωπηξ· της δε ὁ νυς ετυφωθη τοις λογοις· και ηλθεν εις το σπηλαιον μη γινωσκουσα το μελλον· ὁ Λεων δ' εφορμησας αυτη συν σπουδη τα ωτα μονον τοις ονυξιν εσπαραξεν· ἡδε ταχεως εσπευδεν εν ταις ὑλαις· και ἡ μεν Αλωπηξ τας χειρας εκροτησεν, ὁτι εις ματην εκοπιασεν· ὁδε Λεων μεγα βρυχωμενος εστεναξεν· λιμος γαρ αυτον ειχε και λυπη· και ικετευε την Αλωπεκα εκ δευτερου τι ποιησειν, και δολω παλιν ταυτην αγαγειν· ἡδε ειπεν, χαλεπον και δυσκολον επιταττεις εμοι πραγμα· αλλ' ὁμως ὑπουργησω σοι· και δη ὡς ιχνευτης κυων επηκολουθει πλεκουσα πανουργιας· ποιμενας δε επηρωτα, ει ειδον Ελαφον ἡμαγμενην. οἱδε εδειξαν εν τη ὑλη· ευρε δε αυτην καταψυχομενην, και εστη αναιδως· ἡδε Ελαφος χολωθεισα και φριξασα την χαιτην ειπεν· ω καθαρμα, αλλα ουκετι χειρωση με· ειδε και πλησιασεις μοι, ου ζησεις ετι! αλλους αλωπεκιζε τους απει-

cui etiam alteram verficuli partem, quae legitur in v. Πολλων, adnectendam fuadeo, ita vt duo integri conficiantur Hexametri:

Ουδε αι κεν αιθων κεν Πηδαλεως ἑνεκα θυμω

Εμμελειη· το δε πολλων κηληθεις μεμφετο τιγριν.

[8 Ele-

αιωείρας· αλλας ποιει βασιλεις και ερεθιζει· ηδη ειπεν· ετως ανανδρος ει και δειλη; ουτως ημας τας φιλας υποπτευεις; ο μεν Λεων τε ωτος κρατησας ημελλε συμβελευσιν, και εντολα σοι δεναι περι της τηλικαυτης βασιλειας, ως αποθνησκων. [8] ουδε εδε κνησμα χειρος αρρωςε υπεςης· και νυν υπερ σε πλειον εκεινος θυμεται· και βασιλεα τον Λυκον θελει ποιησαι· οιμοι πονηρον δεσποτην· αλλ' ελθε, και μηδεν πτοηθης· και γενε ως προβατον· ομνυμι γαρ σοι εις τα φυλλα παντα και πηγας μηδεν κακον παθειν παρα τε Λεοντος· εγω δε μονη σοι δελευσω. [9] ετως απατησασα την δειλαιαν

επεισε

[8] Elegantiſſimum Seazonta Scriptor noſter turbauit. Babrius, opinor, dederat:

Συδ' ουδ' υπεςης κνησμα χειρος αρρωςε.

In ſequentibus manifeſta ſunt formae Iambicae veſtigia; praeſertim in illis Οιμοι πονηρον δεσποτην! et in iuramento lepidiſſimo.

Ομνυμι γαρ σοι φυλλα παντα και πηγας.

Haec tamen — γενε εις Προβατον — monachum redolent.

[9] Hic Scriptor breuitati nimis ſtuduit. Babrii verba ſeruauit Suidas in v. Αχαιϊνην.

Τοιαυτα κωτιλλεσα την αχαιϊνην

Επεισεν ελθειν δις τον αυτον εις αδην.

ουπεισε δευτερον ελθειν· επει δε εις το σπηλαιον εισηλθεν, ὁ μεν [10] Λεων δειπνον ειχε, παντ' τα οςα και μυελους και εγκατα καταπινων· ἠδε Αλωπηξ εισηκει ὁρωσα· καρδιαν δε εκπεσουσαν ἁρπαζει λαθραιως, του κοπου κερδος ταυτην φαγουσα· ὁ δε Λεων ἁπαντα ερευνησας μονην καρδιαν επεζητει· Αλωπηξ δε μηκοθεν ςαθεισα εφη· ἁυτη αληθως καρδιαν ουκ ειχεν μη ετι

[10] Haec etiam integriora leguntur apud Suidam in v. Πανθοινην.

Λεων μεν αυτος ειχε δαιτα πανθοινην,
Εγκατα λαφυσσων, μυελον οςεων πινων,
Και σπλαγχνα δαπτων - -

Et in v. Νεβρος.

Πεινωσα κερδω, καρδιην δε νεβρειην
Λαπτει πεσουσαν ἁρπασασα λαθραιως.

Verſum primum ſollicitauit Doctiſſimus Toupius, *Emend. in Suidam*, T. III. p. 6. ſed minus recte et oblitus ſapientiſſimae, quam ipſe in Praefatione T. I. tradiderat, regulae, „ Suidam ſcilicet minime ſollicitandum eſſe, niſi locum inueneris, ad quem reſpexerit. „ Sic etiam iterum T. II. p. 65. fruſtra corrigit verſum, qui mox adducendus eſt ad Fab. XCIII. n. 16. In aliis Babrii locis, quae tractat ad Suidam Vir κριτικωτατος, quamquam in tenebris micans, plerumque feliciter ſe expedit.

[11]

ετι ζητει· όποιαν γαρ καρδιαν αυτη ειχεν, ήτις δις εις οικον και χειρας λεοντος εισηλθεν [11];

LXXXV. [12] Λυκοις και Κυσιν ην ποτε εχθρα· Κυων δε Ελλην ηρεθη ςρατηγος Κυσιν· ούτος προς την μαχην εβραδυνεν· ειδε Λυκοι

ηπει-

[11] Conclusio huius fabulae, vt mihi videtur, satis frigida est, et tamen imitatorem habuit auctorem libri per orientem celeberrimi, qui Arabice, credo, vocatur, *Calilah wa Damnah* (vid. Graecam istius libri versionem, sub titulo *Sapientiae Indorum* a Starkio editam p. 332.) Nisi vero Criticis iis fidendum sit, qui librum istum Arabice versum fuisse ferunt (ex Indico scilicet sermone, in quo primum scriptus est) *trecentis ante Alexandrum M. annis*. Praef. Starkii, Sect. XI. Quod sane non magis verisimile existimo, quam fabulas eas, quae, Aesopicarum plane gemellae, sub Lokmanni nomine venditantur, Arabice prius, quam Graece compositas exstitisse.

Hinc etiam Auienus Suem *sine corde* finxit Fab. XXX.

[12] In hac fabula fortasse locum habuerunt, quae affert Suidas in v. Φρητρα auctore non nominato.

Οι σφας εκοσμουν, και διειλον εις φρητρας, λοχους δε και φαλαγγας, ώσπερ ανθρωπους.

[13]

ἠπείλει σφοδρῶς· ἔθε εἰπεῖν· οἴδατε τίνος χάριν βραδύνω; πρέπον ἐστὶν ἀεὶ προβλέπεσθαι· ὑμῶν γὰρ τὸ γένος, καὶ ἡ χρόα πάντων ἓν ἐστιν· οἱ ἡμέτεροι δὲ ἐκ πολλῶν τρόπων εἰσὶ καὶ τοῖς τόποις κατέχωνται· ἀλλὰ καὶ ἡ χροία ἁπάντων ουκ εςι μια, και ιση· [13] αλλ' οἱ μεν μελανες, οἱδε πυρροι· οἱδε λευκοι και τεφρώδεις· καὶ πῶς ἂν δυνηθείην εἰς πόλεμον αρχειν των ασυμφωνων και μη ὁμοια παντα εχοντων;

XCIII. [14] Μυες δυο, ὁ μεν αρεραιος ὁδε οικοσιτος, κοινον ειχον τον βιον· ὁδε οἰκόσιτος ηλθε πρωτος δειπνησων επι της αρε-ρας

[13] Ipſa Babrii verba ſunt ap. Suidam, v. Διαργεμοι.

Αλλ' οι μεν ὑμων [f. ἡμων] μελανες, οιδε τεφρωδεις,

Ετεροι δε ξανθοι και διαργεμοι ςηθη.

[14] Ex initio huius fabulae citantur tres verſus hexametri, vt Babrii, a Suida in v. Εταιρειη.

Θεντο μετ' αλληλοισιν εταιρειην μυε δοιω,

Ου καθομα ζωοντες· ὁ μεν κατα νειον ερημην

Ετρεφεθ', ὁς δε δομοισιν εν αφνειων τρεφεθ' ανδρων.

Qui ſi reuera Babrii ſunt, dicendum eſt, eum hanc fabulam, diuerſo carminis genere, bis expreſſiſſe: nam praeter verſus in-

ρας ὡς ποθεινῆς· τρώγων δὲ σῖτον καὶ ῥίζας ὢν τοῖς βώλοις εἶπεν. Μύρμηκος ζῇς βίον ταλαίπωρον· ἐμοὶ δὲ πολλὰ ἔνεστιν ἀγαθά· τὸ κέρας οἶκον τῆς Ἀμαλθείας ὡς πρός σε· ἐὰν ἔλθῃς μετ' ἐμοῦ ὡς θέλεις κωτεύσῃ· ἀπῆγε πείσας τὸν μῦν ἐν τῷ οἴκῳ· ἔδειξε δὲ αὐτὸν σῖτον καὶ ἄλευρα καὶ [15] ὄσπρια καὶ σῦκα καὶ μέλι

integros Cholimbiacos, quos seruauit Suidas, multorum fragmenta indubia suppeditat codex noster. Huiusmodi sunt illa non procul ab initio,

Ὃδ' οἰκόσιτος πρῶτος ἦλθε δειπνήσων ---

Et

Μυρμηκός, εἶπεν, ζῇς βίον ταλαίπωρε ---

Et alia multa per totam fabulam.

Cum autem Suidas nusquam alias, quantum video, versus hexametros ex Babrio citet, eum in hoc loco memoria lapsum crediderim, et versus hos anonymo illi tribuendos esse, cuius Μῦθοι, vel Μυθικά, non raro citare solet. (V. supra n. 4. et 7.) Hic vero, neque ipse spernendus auctor, post Babrium, opinor, scripsit, et fabularum eius (nonnullarum saltem) *Paraphrasin* versibus partim Hexametris partim Elegiacis, confecit.

[15] Suidas in v. Σώρακος haec habet, ex Babrio,

πκδ'

λι και φοινικος· ὁυτος δε, ετερφθη και διεχυθη· ὁδε ηγαγε και τυρον εκ κανισχιυ αγρων· ηνοιξε τις την θυραν· ὁιδε εφυγον εις ςενην τρωγλην· ετζυριζον δε ὑπ᾽ αλληλων ςενημενοι· ὡς δε παλιν ηλθεν εκκυψαι και μικραν ισχαδα συραι, [16] ἑτερος ηλθεν αλλο τι αραι· ὁιδε ενδον εκρυπτοντο· ὁ δε αρχαιος μυς καιπερ τοσαυτα πεινων ειπε· χαιρε και πλυτει και τρυφα, εχων τα παντα μετα κινδυνων· [17] εγω δε βοτανας και ριζας τρωγων αφοβως και λιτως ζησω.

Aliae ſunt in eodem codice fabulae, quae, licet Suidae teſtimonio deſtituantur, originem ſuam ex Babrii choliambis per ſe ipſas ſatis produnt. Eiusmodi ſunt ſequentes.

XLIV.

Πυδ᾽ οσπριων ην σωρος, η πιθος συκων,
Σταμνοι τε μελιτος σωρακοι τε φοινικων ---
quae huc veriſimiliter referenda ſunt.

[16] Elegantius ipſe Babrius ap. Suidam in v. Καμειραια ισχας·

Μικρον δ᾽ επισχων, ευτ᾽ εσωθεν εκκυψας
Ψαυειν εμελλεν ισχαδος Καμειραιας ---

[17] Choliambi duo, qui Babrio fabulam clauſerunt, exſtant ap. Suidam in v. Κριμνον·

Εγω-

XLIV. Ζευς εν πιθω [18] ταγαθα παντα συγκλεισας αφηκε παρα ανθρωπω τινι· ὁδε λιχνος ανθρωπος, ειδεναι θελων τι ἐστιν εν αυτω, το πωμα εκινησε· παντα δε επεταςθησαν προς τους θεους.

L. Θεοι

Εγωδε λιτης ουκ ἀφεξομαι βουλη,
Ὑφ' ἡν τα κριμνα μη φοβουμενος τρωγω

[18]. Scripſerat forte Babrius, *)

Εν αμφορει Ζευς τ' αγαθα παντα συγκλεισας ---

Quae ſequuntur verſum integrum faciunt,

Αφηκε παρ' ανθρωπω τιν'· ὁδε λιχνος ανθρωπος ---

ſi modo Babrium Anapaeſtum in quinta ſede admiſiſſe credamus; quod non incredibile eſt, cum Spondeum in iſta ſede alibi reperiamus. V. Suidam in v. Εκαςοτε.

Ετιλλεν ἁς ευρισκε λευκανθιζουσας ---

Huiusmodi autem Choliambus (vt id obiter moneam) ab Anania, Iambographo vetere, frequentabatur, et ισχιορρωγικος dicebatur, i. e. *elumbis*, vel, ſi fas, *lumbifractus*. Ita Auctor anonymus *de Metris. Mſ. Harl.* 5635. το παλαιον Ιαμβικον διαιρειται εις το κωμικον, τραγικον, σατυρικον, το Ἱππωνακτειον το και χωλον, το του Ανανιου το

*) Coniecturas has deleri velim, ipſius Babrii fabula integra iam reperta. Vide Poſtſcriptum. Ex Auct. p. 51.

L. † Θεοι παντες [19] εγημαν ἡν ἑκαςος ειληφεν εν κληρῳ· Πολεμος παρην εσχατῳ κληρῳ. Υβριν δε μονην κατελαβεν· ταυτης περισσως ερασθεις εγημεν· επακολȣθει δε αυτη πανταχου βαδιζȣσῃ.

LVI. Ἱππον τον ἑαυτου ςρατιωτης, ἑως μεν καιρος τȣ πολεμȣ ην, εκριθιζεν, εχων συνεργον εν ταις αναγκαις· ὁτε δε ὁ πολεμος κατεπαυσεν, εις δȣλειας τινας και φορτȣς βαρεις

† το και ισχυορρωγικον (l. ΙΣΧΙΟΡΡΩΓΙΚΟΝ.) Τουδε Ανανιȣ proprium eſt το απο του τετȣρτȣ ποδος μεχρι τελȣς πεντεσυλλαβας εχειν και ταυτας μακρας· δυο και ισχυορρωγικον (l. ΙΣΧΙΟΡΡΩΓΙΚΟΣ) ὁ ςιχος ὁυτος λεγεται, δια το μη κατα το τελος πασχειν την χωλευσιν, ὡς ὁ τȣ Ἱππωνακτος, αλλ᾽ ανωτερω απ της τεταρτης χωρας. Quod ſane notandum eſt, vtpote alias non temere legendum. (v. *Poſtſcriptum.*)

[19] Horum nonnulla in metra Choliambica facillime reſtituantur;

——— Θεοι παντες
Εγημαν, ἡν ειληφ᾽ ἑκαςος εν κληρῳ· ——
et mox
Αυτη δ᾽ ακολȣθει πανταχȣ βαδιζȣσῃ.

Neſcio autem, an haec fabula ſimilis ſit illi, quam ex libro XX. *Theopompi Philippicorum* Theo, *Progymnaſm.* p. 12. Ed. Baſil. 1541. ὁ τȣ Πολεμȣ και της Ὑβρεως [μυθος] ὁν

ὁ Ἱππος ὑπȣργει, αχυρῳ μονῳ τρεφομενος· ὡς δε παλιν πολεμος ηκουσθη, και ἡ σαλπιγξ εφωνει, τον Ἱππον χαλινωσας ὁ δεσποτης και αυτος καθοπλισθεις επεβη.

Ὁ δε συνεχως κατεπιπτε μηδεν ισχυων. [20] εφη δε τῳ δεσποτῃ· απελθε μετα των πεζων των ὁπλιτων αρτι· συ γαρ αφ᾽ ἱππȣ εις ονον με μετεποιησας, και πως παλιν εξ ονȣ ἱππον θελεις εχειν;

LXXVI. Λεων τις εβασιλευεν ουχι θυμωδης, ουδε ωμος, ουδε βιαιος, αλλα πραος και δικαιος ὡσπερ ανθρωπος [21]· επι δε της αυτȣ βασιλειας συναθροισμος εγενετο παντων των ζωων

B 2 δȣναι

ὁν ὁ Φιλιππος διεξερχεται προς τȣς αυτοκρατορας των χαλκιδεων.

[20] Praeter hunc verſum, qui illaeſus ſeruatus eſt, concluſio huius fabulae in duo Choliambos non male diſtribuatur:

Συ γαρ εις ονον με μετεποιησας εξ ἱππȣ
Και πως παλιν εχειν εξ ονȣ θελεις ἱππον;

[21] Si pauca ſuppleas, habebis tres integros verſus --

Λεων τις εβασιλευεν, ουχι θυμωδης,
Ουδ᾽ ωμος, ȣδε βιαιος, αλλ᾽ [αοργητος]
Πραος [τε] και δικαιος, ὡσπερ ανθρωπος —

et etiam quartum --

Δικας δε δȣναι και λαβειν προς αλληλα.

Concluſionem autem huius fabulae non a Babrio, ſed ab aliena et inficeta manu pro-

δεναι δικας και λαβειν προς αλληλα· ὁ λυκος μεν προβατῳ, παρδαλις δε αιγαγρῳ· ελαφῳ δε τιγρις, κυων δε λαγωῳ· ὁ πτωξ δε εφη. ηυχομην ιδειν την ἡμεραν ταυτην, ἱνα τοις βιαιοις φοβερα τα ευτελη φανωσιν.

XCIV. Ναυν ποτε μετα των ανδρων βυθισθεισαν

ιδων τις, αδικως ελεγε τȣς θεȣς κρινειν· δι' ἑνα γαρ ασεβη συναπωλοντο και αναιτιοι· ταυτα αυτȣ λεγοντος, μυρμηκων πολλων οντων εν τῳ τοπῳ εν ῳ ετυχεν ἱςαμενος, συνεβη ὑφ' ἑνος δηχθηναι τȣτον· ὁ δε ὑφ' ἑνος δηχθεις συνεπατησε τȣς παντας. Ἑρμης δε επιςας [22] αυτῳ και τῃ ραβδῳ παιων ειπεν·

ειτα

porofectam ſuſpicor. Exordium non multum abludit ab illis, quae leguntur in Phaedro, l. IV. 12. ſed ibi etiam finis deeſt. Phaedri fabulam integriorem habuiſſe videntur auctores *Fabularum antiquarum*, quas Nilantius edidit. V. Fab. A. XIIX. R. XXXVII. Neque vero illi concluſionem, vt arbitror, veram dederunt.

[22] Babrium ſcripſiſſe coniicio —

Ερμης δ' επιςας, ειπε, τῃ ῥαβδῳ παιων —
Quae quidem elegantiſſima ſunt, et Mythographiae genus exquiſitiſſimum redolent.

[23]

ειτα ουκ ανεχεις συ τυς θευς δικαιας ειναι,
όιος ει συ των μυρμηκων;

XCVII. Ὁδοιπορων τις εν ερημω ἑυρε γυναικα μονην κατηφη εςωσαν· και φησιν αυτη, τις ει; ἡ δε εφη, Αληθεια· και δια ποιαν αιτιαν

την πολιν αφεισα την ερημιαν οικεις;
ἡδε ειπεν, ὁτι τοις παλαι καιροις παρ᾽ ολιγοις ην το ψευδος, νυν δε εις παντας ανθρωπυς εςιν, εαν τι ακουειν και λεγειν θελεις.

CIV. Ὁ Ζευς τας των ανθρωπων ἁμαρτιας εν οςρακοις τον Ἑρμην ωρισε γραφειν, και εις κιβωτιον αποτιθεναι πλησιον αυτυ,

ὁπως ἑκαςυ τας δικας αναπρασσῃ·
συγκεχυμενων δε των οςρακων επ᾽ αλληλοις,
το μεν βραδιον το δε ταχιον εμπιπτει
εις τας τυ Διος χειρας, ειποτε καλως κρινοιτο.

Atque hae quidem omnes, quas hic protuli, fabulae in vulgatis Aesopi codicibus desiderantur. Multo plures sunt in Codice Bodleiano, quae cum editis in summa rerum conuenire dicantur, eaedem tamen verba quaedam poetica, phrases elegantiores, et etiam versus integros ex

Babrio, vt videtur, deriuatos conferuant, quos in aliis exemplaribus fruſtra quaeras. Speciminis loco paucas ſubiiciam.

I—V. Edit. Oxon. 1718. Fab. 138.

[23] Λιτουντι τροφην νηπιω και κλαιοντι ηπειλησε γραυς ει μη ησυχασαι τω Λυκω ῥιψαι· ὁ δε Λυκος την γραυν αληθευειν νομισας

εκαρτερησε μεχρις ἑσπερας πεινων,

μηδεν λαβων· εις δε την συνοικον ελθων ηρωτατο, πως ουδεν αρας ηλθεν ως αει· ὁ δε ειπεν, πως γαρ τις πιςευσει γυναικι;

XLVI. — V. Edit. Oxon. Fab. 140.

Ἡμιονος εκ κριθης παχεια γενομενη [24] ετρε-

[23] Obſeruandum eſt hanc fabulam, quae in codice Bodleiano prima eſt, eundem locum obtinere inter illas, quas Auienus, vt ipſe ait: „ elegis explicare conatus eſt. „ An etiam prima fuerit in opere Babriano non auſim affirmare. In illo, aliqua ſaltem parte, poſitam fuiſſe teſtantur, non modo verſus integer in medio, ſed etiam quae in initio et fine leguntur, a forma Choliambica parum recedentia.

[24] Quamquam codex noſter verba Babriana non raro ſeruet, quae in aliis deſideran-

ετρεχε σκιρτωσα και ελεγεν, ἱππος εςι μοι μητηρ· εγω δε ϰδεν αυτης εις τον δρομον ελαττω· ὁτε δε επαυσε τϰ δρομϰ εσκυθρωπασεν· ονϰ γαρ ευθυς πατρος ϰσ᾽ ανεμνησθη.

LVIII. — V. Edit. Oxon. Fab. 188.

[25] Ιρις, ὁ των θεων αγγελος, πασι πετεινοις εκηρυξεν, ει τις ὑμων κρειττων εις καλ-

derantur, interdum tamen ea mutat vel omittit, quae alii seruauerunt. Ita in hoc loco παχεια γενομενη pro Babriano παχυνθεισα (quod in vulgatis legitur) positum credam. Fabulam enim hanc apud Babrium sic incepisse suspicor:

Ημιονος εκ κριθης ετρεχε παχυνθεισα,
Σκιρτωσα τ᾽ ελεγεν, ἱππος εςι μοι μητηρ. —

Optime autem codex noster Mulam de *Matre equa* gloriari facit, cum eadem in vulgatis de *patre*, hic *equo* mox *asino* loquens inducitur.

[25] Haec Fabula ab editis valde differt. Ex Babrio desumtam esse probant fragmenta nonnulla Choliamborum,

— ηλθεν αετϰ κρεισσων,

et,

— κολοιος ων διεγνωσθη:

sed etiam clarius poetica illa, Ιρις, et της Στυγος κρηνην et Κολοιος, ὑιος Κορωνης, γερων, et Χελιδων Αθηναια. Elegantias hasce

noster

λος φανῃ, ὁυτος πτηνων παντων βασιλευσει ὑπο του Διος· επισυνηγμενων δε παντων ορνεων εις την της Στυγος κρηνην και απολουομενων, Κολοιος ὑιος κορωνης γερων, παντων ορνεων τα πτερα προς ἑαυτον ἁρμοσαμενος, ηλθεν αστα κρεισσων· ὁ Ζευς δε το καλλος θαμβηθεις την νικην τετῳ παρεχειν εμελλεν, ει μη Χελιδων Αθηναια τετον ηλεγξε, το πτερον αυτε εκσπαρασα· το αυτο δε και των λοιπων ορνεων ποιησαντων, διεγνωσθη κολοιος ων.

LXXX — V. Edit. Oxon. Fab. 139.

[26] Λυκος διηρχετο εξωθεν τειχες, ενθα Αρνος παρακυψας ὑβριζε πολλα τον Λυκον· κἀκει-

noſter, niſi in exemplari ſuo reperiſſet, eumquam ipſe tentaſſet.

[26] In edit. Accurſiana haec fabula eſt de *Haedo*; in editt. Steph. et Neuelet. de *Agno*, vt in codice noſtro. Et ita Babrium ipſum dediſſe probant primi duo ex eius fabula verſus, quos Suidas protulit in v. Τριγχος. Tertium etiam niſi fallor, idem ſeruauit in v. πριων. Ita vt, codicis noſtri ope, fabula integra non incommode ſic ſiſtatur.

Λυκος παρηει τριγχον, ενθεν εκκυψας
Αρνειος αυτον ελεγε πολλα βλασφημως·
Κἀκεινος ειπε, τας σιαγονας πριων,
Ωταν, ὁ τοπος με λοιδορει· συ μη καυχω

[27]

κἀκεινος οδοντας τριζων ειπεν, ὁ τοπος με λοιδορει, συ μη καυχω.

CXXXI — V. Edit. Oxon. Fab. 159.

Στικτη ποτε Παρδαλις [27] εκαυχατο φορειν ἁπαντων ζωων ποικιλωτεραν δερριν· προς ἡν αλωπηξ ειπεν· εγω σε της δορας κρειττονα και ποικιλωτεραν γνωμην εχω.

CXXXV. —V. Edit. Oxon. Fab. 241.

Υμηττια μελισσα, κηρίων μητηρ, [28] ανηλθεν εις θεων οικες φερεσα τω Δι μελι μηπω καπνισθεν· ὁ Ζευς δε τω δωρω ετερφθη και ὑπεσχετο δεναι γερας ὁ αν αιτησηται· ἡ δε ειπεν, δος μοι κεντρον, ἱνα, ει τις ανθρωπων το εμον εργον πλησιαση αραι, αναιρω τετον· απηρεσθη ὁ Ζευς τη αιτησει· ηγαπα γαρ τες ανθρωπες· ὁμως

B 5 και

[27] Haec omnia leui negotio in metra Choliambica reſtituantur:

Στικτη ποτε Παρδαλις φορειν εκαυχατο
Ζωων ἁπαντων ποικιλωτεραν δερριν.
Προς ἡν Αλωπηξ ειπεν· Αλλ᾽ εγω σε της
Δορας εχω γε ποικιλωτεραν γνωμην.

[28] Suauiſſimus verſus elegantem Babrii manum certiſſime teſtatur. Vtinam noſter auctorem ſuum exſcribere, potius quam mutilare perrexiſſet!

[29]

και μη θελων εδωκεν· ειπε γαρ δωσειν· τοιυτον δε δεδωκεν, ως αυτην αποθνηξειν αμα τῳ πληξαι· ζωη δε αυτης εςι πετομενης το κεντρον.

Ex his, opinor, ſatis manifeſtum eſt, collectionis Bodleianae auctorem (quisquis fuerit, et quocunque tempore vixerit [29]. Babrii librum (fortaſſe integrum) ante oculos habuiſſe, et ex illo fabellas plurimas ſibi deſcripſiſſe, quae in aliis collectionibus aut non omnino, aut ſaltem diuerſe, leguntur. Caſune, an de induſtria, tot Babrii fragmenta proſae ſuae immiſcuerit, non liquet. Mihi profecto veriſimilius videtur hoc feſtinationi et inſcitiae tri-

[29] In tegmine interiori Codicis Bodl. notatur annus mundi ϛϡκθ. 6929. i. e. Chriſti 1421. Sed codicem illum ex alio transſcriptum fuiſſe certiſſimum eſt, ita vt haec nota ad auctoris aetatem definiendam parum proſit. Iohannes Tzetzes, qui in medio ſaeculi duodecimi floruit, Babrium ipſum, vt videtur, verſauit; neque ſane aliquid obſtat, quo minus Auctorem noſtrum in eodem ſeculo vixiſſe credamus.

30.

tribui debere, cum non in promtu esset verborum copia, quibus sensus Babriani sermone pedestri exprimerentur; nam scriptorem nostrum elegantiae vllatenus studuisse vt credam, prohibent complures fabulae, stylo misero et ieiuno exaratae, in quibus ne minimam nitoris Babriani scintillam elucere siuit; prohibent etiam locutiones multae absurdae et barbarae, quas ex sua penu per totum opus imperitissime dispersit.

Atque haec hactenus de codice Bodleiano. De aliis Aesopi codicibus pauca dicturo in primis notandum est, fabulas omnes, quae sub eius nomine typis vulgatae sunt, ex tribus potissimum exemplaribus manuscriptis desumta esse; nam quinque Codd. Palatini, quos Neueletus adhibuit, cum inter se raro et parum discrepent, pro vno reputandi sunt. Fabulas priores 144. (vt in edit. Oxon. ordinantur) primus ex Ms. edidit Bonus Accursius Pisanus, Mediolani, circa annum CIƆCCCCLXXIX [30], cum vita Aesopi a Pla-

[30] Edit. Mediolanensis reuera continet fabulas 147, sed inter eas, post fab. 73.

Planude scripta; vnde, opinor, collectio illa a nonnullis *κατ᾽ ἐξοχὴν Planudea* appellata est; quo iure infra quaeram [31]. Editio Accursiana ab Aldo, et aliis, sae- [illegible] plus

73, nescio quo casu inseruntur tria Ignatii Diaconi tetrasticha, quae scilicet in Edit. Oxon. leguntur No. 355, 6, et 7.

Editionem autem hanc, licet annus impressionis non notetur, etiam ante CIↃCCCCLXXIX. prodiisse credibile est, cum in eo anno Hubertinus Crescentinas ad Bonum Accursium scribens eundem laudet, quod, „non modo Latinos, verum etiam et Graecos codices, diligenter impressos, in medium„ obtulerit. Comment. in Epist. Ciceron. Vicent. CIↃCCCCLXXIX. *Biblioth. Smith. App.* p. CXCI.

[31] Primus, quod sciam, Neueletus fabulas has Aesopi *a Maximo Planude, vt et vitam eius, scriptas* se existimare prodidit. *Praef. ad Fab.* Eandem opinionem videtur amplecti Bentleius, *Dissert. vpon Aesop.* Sect. VIII. Et profecto si Vitae Aesopi, a Planude certissime scriptae, eaedem fabulae semper subiunctae inuenirentur, opinio ista verisimilitudine non careret. Sed res, opinor, longe aliter se habet. Vita Aesopi, cum nomine Planudis, saepissime MS. occurrit sine vllis fabulis. Occurrit

pius repetita est, cum nullis aut saltem leuissimis mutationibus, donec anno cIↃIↃXLVI Robertus Stephanus *Aesopi vitam et fabulas plures et emendatiores*, vt ipse ait: *ex vetustissimo Codice Bibliothecae Regiae*

currit etiam praefixa collectionibus fabularum, quae ab illa, quam Accursius exscripsit, multum discrepant. Ita fuisse credo in MS. Stephaniano. Ita certe est in MS Laudiano *Bibl. Bodl.* n. 699, vbi vitam Aesopi a Planude scriptam sequuntur fabulae, plures quidem ex Accursianis (quamquam diuerso ordine) sed etiam multa ex Neueletianis. Quare nullam idoneam rationem video, qua adducamur ad credendum, fabulas eas, quas Accursius vulgauit, a Maximo Planude scriptas fuisse.

Alia est doctissimi Bentleii in eadem Dissertatione hypothesis, quam sine ampliore probatione admittere nolim, nempe collectionem hanc Accursianam Neueletiana recentiorem esse. Neutram ab Aesopo ipso conditam libens concesserim; sed quae ex illis recentior, quae vetustior, frustra quaeri existimo, cum in vtraque complures fabulae diuersis auctoribus et temporibus, vt verisimile est, consarcinatae legantur.

[32]

giae typis impreſſit. Et quidem Stephanum in editione ſua ſecutum fuiſſe codicem manuſcriptum (quam vetuſtum et emendatum ipſe viderit,) ſuadet in primis ordo fabularum, a prioribus editionibus omnino diſcrepans, tum etiam nouae fabulae, circiter viginti, non omnes ſimul adiectae, ſed ſparſim diuerſis in locis inſertae, prout, illas in MS. ipſum reperiſſe credibile eſt. Anno denique CIƆIƆCX Iſaacus Nicolaus Neueletus, *Mythologiae Aesopicae* corpus quoddam molitus, fabulas priores 144. vt ex editione Accurſiana propagatae fuerant, repraeſentauit, fabulas autem ex MSS. Palatinis addidit circiter 136, vt in Praefatione dicitur, ſed computo non plane expedito, cum in ipſo libro numerentur fabulae 148, ſub titulo *Fabularum nunquam hactenus editarum,* a pagina ſcilicet 212. ad 321. Editionem autem Stephanianam aut neſciuiſſe aut neglexiſſe videtur Neueletus, cum tamen in illa nonnullae exſtent fabulae, quae in eius collectione deſiderantur, nonnullae autem elegantius et auctorem Babrium magis referentes, exprimantur [32]. —

Cum

[32] Inter fabulas, quae in editione Ste-

Cum igitur hi tres MSS. (vnde, vt dixi, fabulae Aesopi hactenus editae fere omnes depromtae sunt) ita inte se differant, vt fabularum Neueletianarum nulla in Codice Accursiano inuenta sit, neque rursus

Stephaniana habentur, in Neueletiana desunt, est illa *de Sole et Borea* (Edit. Oxon. Fab. 307.) quam etiam in Babrii collectione locum habuisse testatur fragmentum insigne a Suida conseruatum in v. Σισυρα.

Βορεη λεγεσιν Ηλιω τε τοιαυτην
Εριν γενεσθαι, ποτερος ανδρος αγροικε
Οδοιπορεντος την ΣΙΣΥΡΝΑΝ εκδυσει.

[Ita pro σισυραν verissime emendauit Vir doctissimus *Emend. in Suidam.* Tom. III. 132.]

Sequentes etiam duas in Edit. Oxon. fabulas 308. et 309. a Stephano itidem sumsisse poterat Neueletus. Plures sunt, in quibus codex Stephani phrases Babrianas propius sequitur, quam ille, quem Neueletus exscripsit. Exemplum dabit fabula collectionis Neueletianae prima (Edit. Oxon. 145.) quae apud Stephanum sic incipit, p. 41. Αλεκτορες δυο δι' ορνεις εμαχοντο, ες λεγεσι θυμον εχειν οιων ανθρωπων. --- Horum gemina ex Babrio protulit Suidas in v. Ταναγραιοι.

Αλεκ-

rursus vlla Accursianarum in Neueletiano [33]; Stephani autem codex Accursianas omnes diuerso ordine dispositas, Neueletianas paucas iis intermixtas complexus sit: cumque iidem MSS. ita inter se conueniant, vt vnusquisque eorum complures fabulas ex eodem Babrio aperte deriuatas ostendat: cum denique codex Bodleianus, cuius supra notitiam dedi, fabulas multas ex Babrio certissime sumtas conti-

Αλεκτορισκων ην μαχη Ταναγραιων
Οις φασιν ειναι θυμον ωσπερ ανθρωποις·
Vide etiam Edit. Oxon. fab. 174. 253. — Edit. Steph. p. 54. 85.

[33] Sic clare Neueletus in Praef. „*Ex MSS. illis, quos habui, ne vnicus quidem vulgatas iam habuit Aesopi fabulas*, quas a Planude, vt Aesopi vita est, scriptas existimo.„ De hoc egi in n. 31. Alterum autem plane singulare est, cum in tot aliis MSS. fabulae Accursianae et Neueletianae sibi inuicem confusae reperiantur. Equidem prope est, vt credam, *duo* Babrii *Volumina* ab Auieno memorata [v. supra n. 1.] casu quodam olim distracta, hoc vni, illud autem alteri harum collectionum originem dedisse.

[34].

contineat, quae in tribus illis MSS. non comparent, alias autem plures, quas cum illis communes habet, ita plerumque repraesentet, vt manifestiora parentis Babrii prodant indicia: mihi sane haec cogitanti verisimile videtur, collectiones omnes, quas hodie tenemus fabularum Aesopearum ab opere Babriano originem suam duxisse, differentias autem earum scriptorum multitudini imputandas esse, qui diuersis temporibus et locis, et ingeniis et studiis, metrorum elegantissimorum partes varias, pro libitu suo quisque, in prosam traducendas sumserunt. Rem autem sic factam concipio. Aesopum ipsum fabulas soluta oratione scriptas reliquisse cur dubitemus, non video [34].

Harum

[34] Dolendum est, magnum Bentleium Dissertationem suam de Aesopo eo modo, quo illam de Phalaride, non retractauisse. Multa, quae hodie obscura sunt in hac materia, sine dubio illustria fecisset singularis ea, qua in hisce literis pollebat, eruditio et sagacitas. Sed ille, aduersarios Dissertatione secunda Phalaridea, velut fulmine, prostrauisse contentus, a pugna

Harum nonnullas etiam hodie, quoad materiam, superesse ex veterum testimoniis satis constat. Neque tamen vero est absimile, fabulas eius, quotquot fuerint, ex aliorum inuentis numero non parum auctas fuisse, antequam eas (quaecunque scilicet sub Aesopi nomine ferebantur) Choliambis suis expoliuit Babrius, quem et ipsum aliquas addidisse non iniuria suspicemur

impari indignabundus recessit. Nonnulla igitur in Dissertatione Aesopea reliquit vir maximus, quae, si secundas curas adhibuisset, nisi fallor, mutauisset. Tale est argumentum illud, quo probaturus est, Aesopi fabulas, tempore Socratis, scriptas non exstitisse, quia scilicet Socrates, qui aliquas ex illis metrice expressit, „ non ait, *se vsum fuisse libro fabularum*; sed *scripsi*, inquit, ὧν ἠπιστάμην, *quas noueram, et primas in memoriam reuocare potui.* „ Verba Socratis sunt apud Platon. in Phaedone; οὓς προχείρους εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους τοὺς Αἰσώπου, τούτων ἐποίησα, οἷς πρώτοις ἐνέτυχον. Sed nemo certe concluserit, librum Aesopi fabulas continentem nusquam exstitisse, ex eo, quod Socrates, in carcere positus et libris omnibus, vt verisimile est, destitutus, cum fabulas vnam et alteram

(αφο-

ſpicemur [36]. Ex illo tempore credibile eſt, proſaicam fabularum Aeſopearum collectionem negligi coepiſſe, et ſenſim prorſus

(αφοσιωσεως χαριν, vt ipſe ait,) metris claudere inſtituiſſet, ex memoria eas et non ex libro hauſerit.

[35] Inter opera Rhethorica Demetrii Phalerei numerantur a *Laertio* V. 79: δημηγοριων τε και πρεσβειων αλλα μην και ΛΟΓΩΝ ΑΙΣΩΠΕΙΩΝ συναγωγαι. Poſt eum Nicoſtratus, circa tempora Antoninorum, μυθους Αισωπειους *feciſſe* memoratur. Hermogenes περι Ιδεων. B. de Nicoſtrato, ὁς γε και ΜΥΘΟΥΣ αυτος πολλους επλασεν, ουκ ΑΙΣΩΠΕΙΟΥΣ μονον, αλλ' οιους ειναι πως και δραματικους. Sed hic Babrio ſerior; vt et Aphthonius, cuius fabulae quadraginta hodie leguntur. Vtrumque tamen, Demetrium et Nicoſtratum, (vt de Aphthonio manifeſtum eſt,) Mythographiam eatenus tantum excoluiſſe ſuſpicor, quatenus Rhethoricae inſeruire cenſetur.

Adde! Sed Scholiaſtes in locum citatum Hermogenis docere nos videtur, Nicoſtratum ſcripta quaedam mere mythologica edidiſſe. Sic enim ille, verba ſuperius allata enarrans, p. 415. Edit. vnicae Ald. ὡς ὁταν διηγηται τα περι την ΧΕΛΙΔΟΝΑ και ΛΑΜΕΙΑΝ· και ὁλως τα εν τη

ΔΕ-

ſus euanuiſſe [36], cum easdem fabulas, et fortaſſe plures, parare facile eſſet, ſtylo iucundo et eleganti ornatas, metroque concinnatas aptiſſimo; quod ſane non minus proprie *Mythicum*, quam aliud *Heroicum*, aliud *Elegiacum*, appellare licet. Tandem

ΔΕΚΑΜΥΘΙΑ ειϱημενα, ου πολιτικα, αλλα δϱαματικα τε και ποιητικα. ΔΕΚΑΜΥΘΙΑΝ et πολυμυθιαν Nicoſtrato etiam tribuit Suidas in v.

[36] Babrium certe noſtrum, vice Aeſopi, citat Iulianus Imp. et ita familiariter, ac ſi Choliambi eius ab omnibus tererentur Epiſt. LIX. τον μυθον ακηκοας·

Γαλη ποτ' ανδϱος ευπϱεπȣς εϱαϑεισα·
τα δε αλλα εκ τȣ βιβλιȣ μανϑανε.

V. Fab. 169. Edit. Oxon. cuius alterum etiam verſum, et paullo plus, conſeruauit Suidas, in v. Βαϑυςϱωτος.

—— τουδε της βαϑυςϱωτȣ
Καταβασα κοιτη [l. κοιτης *)] επεδιωκεν ἡ νυμφη.

Tzetzes nonnumquam accuratius diſtinguit, fabulam Aeſopo, metra Babrio tribuens, vt in Chil. XIII. 494.

Τοις μυϑοις τοις Αισωπȣ τε και ςιχοις τȣ Βαβϱιȣ,
Λεων καϑευδων πλατ]εταί' κ. τ. λ. V. Fab. 219. Non-

*) Lectionem κοιτης confirmat MS. C. C. C. ex *Auctar.* p. 51.

Tandem sequioribus saeculis, cum non modo numerorum metricorum suauitas, sed etiam omnis orationis elegantia neglecta iaceret et ignota, coeperunt homines male feriati Babrii fabulas in prosam reducere, non eam, in qua ab Aesopo et aliis olim scriptae sunt, (quod minus plorandum esset), sed qualem ipsi pro barbarie sua excudere potuerunt. Atque hinc, opinor, accidit, vt fabularum Ae-

 sopi,

Nonnumquam Babrium solum citat, vt in Chil. XIII. 264.

Ακουσον και Βαβρια δε τινων χωλων Ιαμβων·
Γαλλοις αγυρταις κ. τ. λ. V. fab. 242.

Saepius autem sub Aesopi nomine exponit fabulas, quas ex Babrio illum hausisse verisimile est. Vide Chil. IV. 938. 945. — VII. 82. — VIII. 501. — IX. 166. — X. 178. et confer, si tanti est, fab. 169. — 88. — 288. — 188. — 133. — 205.

In Chil. VIII. 844. Aesopi fabulam citat, quae in vulgatis non comparet, sed legitur, paulo tamen diuerse in Cod. Bodl. n. LXVII.

Κυων Λαγωον διωξας εκρατησεν· και ποτε μεν εδακνε, ποτε δε σαινων προσεχαιρε και ηφιη· και ο Λαγωος ειπεν· ει μεν φιλος ει, τι δακνεις; ει δε εχθρος, τι σαινεις κρην;

Suidas,

ſopi, quae a veteribus memorantur, aliae in libris hodiernis deſiderentur, aliae mutatae legantur. Scriptores enim noſtri eas ſolum fabulas, quas libuit, et vt libuit, verterunt.

Quamquam haud incredibile eſt, ipſum Babrium nonnulla, quae *ſcilicet deſperauit tractata niteſcere poſſe*, reliquiſſe, nonnulla etiam pro arbitrio immutaſſe [37].

His

Suidas, qui Babrii teſtimonio, vt vidimus, toties vtitur, Aeſopum, ſi Indicibus Kuſterianis fidendum eſt, numquam citat. Et ſimiliter Etymologus M. Aeſopum numquam aduocat, Babrium bis. Alium ex ſcriptoribus antiquis, qui aut Babrium nominatim citauit, aut verba eius indubia produxit, non noui. Tantum in *Biblioth. Coſliniana* p. 574, in recenſione Cod. CCCLXXI. qui S. *Maximi opera quaedam Gr.* continere dicitur, *ab editis diſcrepantia*, inter auctores, ex quibus loca afferuntur in Cap. β. nomen Βαβρίου inuenio. [v. *Poſtſcriptum.*] Eum igitur, ſi quis ibi exſtet, Babrii noſtri locum, velim eruditus aliquis Pariſienſis in lucem aliquando vindicet.

[37] Cauendum eſt autem, ne temere iudicemus, fabulam aliquam intercidiſſe aut

corruptum

His ita expositis, cum ex tribus Aesopi Codicibus, quos editos appellare licet, et quarto Bodleiano, tam insignia teneamus operis Babriani fragmenta, suspicio

corruptam esse, quia in hoc vel illo MS. non reperitur, aut praue scribitur. E. G. Libris Aesopi, qui tum ferebantur, obiecit Bentleius, fabulam notissimam *de duabus Peris* in iis non contineri; quam tamen habet Codex Bodl. n. XLIX. Similiter obiecit vir doctissimus fabulam CXCIII. (Edit. Oxon 190.) aliter legi, quam aut ab Aristotele, *de Part. anim.* l. III. c. 2. aut a Luciano, *in Nigrino* p. 74. et *Hermot.* p. 759. memoratur, quos etiam ipsos inter se non conuenire notat. Haec autem fabula in Cod. Bodl. non paulo melius, quam in editis exhibetur, et ad mentem Luciani multo propius, ita vt suspicioni locus sit, Aristotelem ad ipsius Aesopi fabulam allusisse; Lucianum autem ad eandem, vt a Babrio repetita est. Ipsam fabulam, vt in MS. exstat, lectoris iudicio hic sistam.

XLIII. *Ζευς και Ποσειδων και Αθηνα εριν εποιησαντο, τις καλλιον τι ποιησει· και ὁ μεν Ζευς ανθρωπον ευπρεπεστατον εποιησεν· ὁ δε Ποσειδων ταυρον· ἡ δε Αθηνα οικον ανθρωποις. Κριτης δε ην επι τουτοις Μωμος· και πρωτον μεν εμεμψε την θεσιν των κερατων του ταυρου,*

κατω-

certe non absurda est, in magna illa codicum nondum exploratorum copia, quae in bibliothecis seruatur, nonnullos reperiri posse, qui, si diligenter excutiantur, aut fabulas nobis hactenus ineditas [38] offerant, aut saltem editarum multas stylo amoeniore et purpureis Babrii pannis magis ornatas exhibeant. Memoratur a Bernardo de Montfaucon [*Diar. Ital.* p.

κατωδε των ομματων λεγων οφειλειν κεισθαι, ὡς αν βλεπη πȣ τυπτει· τȣ δε γε τας φρενας ανθρωπȣ και τας βȣλας φανερας ειναι, ὡς αν διαγινωσκηται τι βȣλευεται ἑκαςος· της δε οικιας, ὁτι μη τροχȣς σιδηρȣς αυτη εποιησεν, ινα και τοις δεσποταις συνεξεδημει και γειτονα πονηρον εξεφευγεν.

[38] Fabulae Aesopeae non paucae leguntur apud Aphthonium, Plutarchum, et alios [V. Edit. Oxon. Fab. 194. et seq.] quae in editis Aesopi codicibus non comparent. Earum etiam, quas Babrius conscripsit, aliquarum fragmenta seruauit Suidas, quae ad fabulas nobis hactenus ignotas omnino referenda sunt. [V. eum in v. Κωλωτης. Πιθηκος. Πυρριχαις.] His licet adiiciamus fabulas multas apud Phaedrum et Latinos Mythographos, ex Graecis, vt verisimile est, adumbratas, quanquam arche-

p. 366.] *) in monasterio S. Mariae, Florentiae, Codex Bombycinus Saeculi XIII, in quo, inter alia, continentur „ Aesopi vita et eiusdem fabulae, *vt ante Maximum*

archetypa Graeca hodie nondum in lucem protracta fuerint.

[39]

*) *Codicis huius a Montfauconio memorati pleniorem notitiam nuper debemus erudito cuidam Italo in Diario, cui titulus: „ Novelle Litterarie No. 40. Firenze, 1. Ottobre 1779.“ Quod si Montfauconio [cui consentit Italus] credendum sit, codicem hunc saeculi scilicet XIII, ante Maximi Planudis aetatem exaratum fuisse, demonstratum est me recte dubitasse [supra. n. 31.] an fabulae eae, quas Accursius primus vulgauit, a Maximo Planude scriptae fuerint. Inter fabulas enim circiter viginti, quae in Diario, speciminis nomine, ex hoc codice proferuntur, vndecim ad minimum ex earum numero sunt, quas Accursius edidit. Has igitur iam certissimum est, a Planude non scriptas fuisse; probabilius vero fit, nec reliquas. Montfauconii crisin de stylo fabularum in hac collectione specimen non confirmat. Dictio quidem non prorsus eadem est; stylus, opinor, parum diuersus; certe non melior, quam in*

Planudem exstabant, stylo *χυδαιῳ* [39]. " Plurium MStorum notitia peti potest ex eiusdem viri docti *Bibliotheca Bibliothecarum* [40]. Vt eruditos, quibus eorum co-

pia

[39] Pergit Montfauconius: „ Planudes enim Aesopi cum vitam tum fabulas longe diuerso stylo, suoque more conscripsit. Initium vitae sic habet: *βιος τȣ πανθαυμαςȣ Αισωπȣ. Ου κατα παντα τον βιον βιωφελεςατος ην Αισωπος.* Nonnullae fabulae a Maximo Planude praetermissae sunt. Aesopum, Deo fauente, in sequentibus edemus, qualis ante Planudem fuit. „ --- Haec autem non omittenda duxi, quamquam iis, quae de Planude ipse veriora credo, non nihil aduersentur. V. supra n. 31. Editio Aesopi, quam hic pollicitus est Montfauconius, numquam, opinor, prodiit.

[40] In eo opere, praeter Aesopi codices in Bibliothecis Europae principibus, Vaticana scilicet, Caesarea Vindobonensi et Parisiensi Regia, non pauci in minori-

bus

in vulgatis; neque villa, quantum video, Babrii vestigia. Aesopi vita, quae ex hoc codice profertur, saepius edita est ad finem fabularum Aphthonii. Eadem etiam praefigitur Aesopi fabulis in MS. Harl. 5543. Ex auctario p. 51.

copia est, ad eos lustrandos, et in vsum publicum excerpendos accendam, Babrii fragmenta omnia, (quae scilicet ex inquisitione non nimis laboriosa ad manum sunt, praetermissis etiam iis quae in corpore fabularum prosaicarum, siue nunc, siue antehac editarum inseruntur) coronidis loco hic simul relegenda apponam.

bus Italiae et Galliae Bibliothecis seruati recensentur. In vna Ambrosiana Mediolanensi exstare dicitur Aesopus, in pergamenis *quater*, in bombycinis *ter*. *Bibl. Bibl.* Vol. I. p. 492.

In plerisque harum Bibliothecarum seruantur etiam codices Tetrastichorum *Ignatii* sub nomine *Gabriae* quos inspicere fortasse non inutile iis videbitur, qui meminerint insignissimum Babrii fragmentum ex huiusmodi codice, vt verisimile est, deprromptum fuisse. V. FRAGMENTA BABRII, ad fab. 149. Ignatium hunc Babrii fabulas in compendium redegisse supra monui, n. 5. quod luculenter confirmat titulus hic tetrastichis eius in codice Vindobonensi praescriptus; Βαβϱιȣ εν επιτομη μεταγϱαφεν ὑπο Ιγατιȣ Μαγιϛοϱος. Fabr. Bibl. Gr. I. 398. Ed. 2dae. Atque hinc nomen Gabriae, qui nullus, vt credo,

ponam. Meam autem in his colligendis et digerendis industriam argui facile patiar, dummodo alius quis ex penu literaria instructiore plura et meliora proferre excitetur.

credo, exstitit, opusculo huic adhaesisse suspicor, cum in quibusdam exemplaribus, errore scribae, Γαβρια pro Βαβρια lectum sit. Qui error etiam apud Tzetzem deprehenditur, Chil. VIII. 516.

BABRII

BABRII FRAGMENTA

secundum ordinem fabularum Aesopearum in Edit. Oxon. 1718.

Fab. LVII. --- Suid. [1] Ατολμοι· [2] Ακταιων [3] Οκλαδιας.

[1] Ὀδ' ἑνεκ' εισιν αδρανεστατοι ζωων,
Ψυχας ατολμοι, μουνον ειδοτες φευγειν.

---

[2] Και Βατραχων ὁμιλον ειδον ακταιων,
[3] Βαθειαν εις ιλυν οκλασι πηδωντων.

[3] Versiculum hunc alteri, qui praecedit, subiungere non dubitaui, licet a Suida citetur sine vlla auctoris designatione. Tantum addit ---- περι βατραχων ὁ λογος. Et quidem ipse metri incessus (si ita loqui liceat) Ranas in paludem *geniculatim insilientes* ante oculos ponit.

Adde (ex Auctario p. 52.) Fab. LXXI.

γνωμη πονηρα χρηστον ηθος ου τικτει.

Ex MS. Biblioth. Mediceae. Pl. VII. n. XV. cui titulus γνωμαι συλλεγεισαι ὑπο κυριου μοναζοντος του γεωργιδιου p. 39.

Fab.

Fab. XCVII. --- Suid. Πετωυρα.

Ὁδ' εκ πετωυρε κλαγγον ειπε βοησας.

Ποθεν μαθηση, ποσσον εισ εω λειπει,

Τον ορονομον θυσας με --- ---

Metro laboranti in versu primo succurrit Toupius, *Emend. in Suid.* III, 46, reponendo,

Ὁδ' εκ πετωυρε ΤΡΑΝΟΝ ΕΙΠ'ΕΠΙΒΟΗΣΑΣ —

Quod aut verum est, aut non.

Fab. CXXV. --- Suid. Ονεια.

———— την σαγην τε τε κτηνες

Και την ονειαν πρωσεπεθηκεν ενδειρας.

Insere sequentem fabulam, quam Babrii esse nemo dubitet.

Fab. CXXXIV. Μυρμηξ και τεττιξ.

Χειμωνος ωρα σιτον εκ μυχου συρων

Εψυχε μυρμηξ, ὃν θερους σεσωρευκει.

Τεττιξ δε τουτον ικετευσε λιμωττων

Δουναι τι κ' αυτω της τροφης, ὁπως ζηση.

Τι ουν εποιεις, φησι, τω θερει τουτω.

Ουκ εσχολαζον, αλλα διετελουν αδων.

Γελασας δ' ὁ μυρμηξ, τον δε πυρον εγκλειων,

Χειμωνος ορχου, φησιν, ει θερους ησας.

Protulit ex MS. Aesopi Vossiano L. C. Valckenaer, Vir Cl. in Schediasmate de Hygini fragmento Dositheano, Miscell. Observ. Vol. X. p. 122.

In

In eodem MS. (cuius apographum Vir idem humanissimus mihi nuper inspiciendum concessit) etiam fabulam exstare comperi, quae Babrianis addi debet. V. infra Fab. CCXIV. *Ex Auctario*.

Fab. CXXXVII. — Suid. Ασθμα. Σπηλυγξ.

ΚΟΙΛΗΣ ΕΣΩ σπηλυγγος, οια τις νεσω
Καμνων εβεβλητ', και αληθες ασθμαινων.

Ita pro vulgato Κοιωσω in v. 1. scribendum monuit doctissimus Toupius, *Emend. in Suid.* III. 153. Probabiliter admodum, vt mihi videtur. Fabula haec in cod. Bodl. n. LXXII. sic incipit. Λεων γηρασας κυνηγειν ου ηδυνατο· εκειτο δε εν τω σπηλαιω προσποιουμενος νοσειν, και την φωνην λεπτυνων και ασθμαινων.

Fab. CXXXIX. — Suid. [1] Τειχος. [2] Πριων.

[1] Λυκος παρηει τειχος, ενθεν εκκυψας
Αρνειος αυτον ελεγε πολλα βλασφημως.
[2] Κακεινος ειπε τας σιαγονας πριων —
V. supra p. 18.

Fab. CXLIV. — Suid. Καρχαροδους.
— και καρχαρον τι μειδιασας [f. μειδησας] *)
Σοι

*) MS. G. C. C. habet μειδησας. *Ex Auctario*. P. 53.

Σοι μισθος αρκει, φησιν, των ιατρειων
Κεφαλην λυκειε φαρυγγος εξελκυσαντι.

Fab. CXLV. Suid. Ταναγραιοι.

Αλεκτοριδισκων ην μαχη Ταναγραιων,
Ὁις φασιν ειναι θυμον ὡσπερ ανθρωποις.

Fab. CXLVIII. — Suidas λυγδινα.

γλυφας επωλει λυγδινον τις Ερμειην. *Ex Auctar.* p. 53.

Fab. CXLIX. Αηδων και Χελιδων.

Αγρου Χελιδων μακραν εξεποτηθη,
Ἑυρεν δ' ερημοις εγκαθημενην ὑλαις
Αηδον' οξυφωνον· ηδ' απεθρηνει
Τον Ιτυν αωρον εκπεσοντα της ὡρης.
Χ' ἡ μεν Χελιδων φησι, φιλτατη, ζωεις·
Πρωτον βλεπω σε σημερον μετα Θρακην.
Αλλ' ελθ' ες αγρον, και προς οικον ανθρωπων.
Συσκηνος ἡμιν και φιλη κατοικησεις,
Ὁπου γεωργοις κ' ουχι θηριοις ασεις.
Τηνδ' αυτ' Αηδων οξυφωνος ημειφθη.
Εα με πετραις εμμενειν ανοικητοις.
Οικος δε μοι πας ἡ τε μιξις ανθρωπων
Μνημην παλαιων συμφορων αναφλεξει.

Haec fabula, primum edita est ab Aldo, anno cIↃIↃv. In ea editione vltima est fabularum 43, quae ibi

ibi vulgantur *ſub nomine Gabriae*, nec ab aliis vlla nota diſtinguitur; ita vt veriſimile ſit, eam in eodem MSto cum illis repertam, ad eundem auctorem ab Aldo relatam fuiſſe. Sed diu eſt, ex quo, eruditorum omnium conſenſu, *Babrio* reſtituta eſt.

In nonnullis leuiter corruptam credo, et ſic forte emendandam.

V. 1. vt metrum ſeruetur leg. ΕΞΕΠΩΤΗΘΗ.

4. αωρον εκπεσοντα της ωρης At non *forma immaturum excidiſſe.* Ityn dolebat mater, ſed *vita.* Την ωρην autem pro vita poni poſſe non credo: lego igitur της ΖΩΗΣ. Et eius quidem lectionis veſtigia in verſu ſequente, 5, deprehendiſſe mihi videor. Exemplum certe deſidero, (in quo ζωοις in hoc ſcilicet orationis genere) pro formula ſalutandi vſurpetur. Veriſimilius igitur arbitror, Babrium ſcripſiſſe, φιλτατη, ΧΑΙΡΟΙΣ, et ſyllabam priorem τα ζωοις ex verſu praecedenti irrepſiſſe, errore librariis familiariſſimo.

6. μετα Θρακην· *poſt Thraciam,* Neuelet. *poſt Thracicam conſuetudinem*, Editor Oxon.

 fab.

fab. 149. Neutram interpretationem intelligo. Aut legendum eſt ΚΑΤΑ Θρακην· aut μετα ſenſu τȣ κατα accipiendum eſt; cuius vſus exempla nonnulla ſuppeditant Lexicographi. Omnino enim intelligere debemus, *in Thracia* habitum eſſe hunc congreſſum.]

Fab. CLVI. — Suid. Αιωρα.

'Ως δ' ȣκ εφικνειτ'· αλλ' εκαμνε πηδωσα,
Ουδεν κρεμαςης σχȣσα μαλλον *) αιωρας,
Παρηλθεν ȣτω βȣκολȣσα την λυπην. *

Walckenaer Fables de La Fontaine Ed.

[Tu vide Rochefort in Notices et Extraits de la Bibl. Roi. Tom. II. p. 699 et Paris. Tom. I. pag. 184/]

Ad hanc Babrii noſtri fabulam reſpexiſſe videtur Etymologus M. in v. Ομφαξ. Ομφαξ, το οξεινον. ΒΑΒΡΙΟΣ, ομφαξ ὁ μη πεπειρος βοτρυς, ὡς ωμην. f. ΩΜΟΣ. Hoc enim, credo, vult. Ομφαξ dicitur *vua non matura* vtpote ωμος, i. e. *cruda*. Quam ſententiam mox clarius aperit; οιονει ΩΜΟΦΑΞ

* *Pro* μαλλον. *l.* πλειον, *ex Suida et MSS. In loco Etymologi M. turpiter hallucinatus ſum. Veram lectionem mihi indicauit Musgrauius* ὁ μακαριτης.

Ομφαξ, το οξεινον. Βαβριος.

Ομφαξ ὁ βοτρυς. μη πεπειρος, ὡς ωμην.

Quae quidem verba ſunt Vulpeculae, dolorem ſuum fallentis, et, cum verſibus tribus ex Suida modo poſitis, fabulam, opinor, claudebant. Ex Auctario.

φαξ τις ὢν --- ΩΜΟΣ εις τὸ ΦΑΓΕΙΝ. Tales autem nugae isti homini solennes sunt.

Fab. CLVIII. — Suid. Ρωγας.

Εν τῃδ' εκειτο ῥωγας αιπολων πηρα,
Αρτων εωλων πασα καὶ κρεων πληρης.

Fab. CLXII. — Suid. Ἑκαστοτε.

Των ουν τριχων ἑκαστοθ' ἡ μεν ακμαιη
Ετιλλεν, ἁς ἑυρισκε λευκανθιζουσας.

Initium huius fabulae in vulgatis editionibus duo Babrii choliambos paene integros exhibere monuit Bentleius. *Dissert. vpon Aesop.* Sect. VII.

Ανηρ μεσοπολιος δυ' ερωμενας ειχεν,
Ὧν ἡ μεν ην νεανις, ἡδε πρεσβυτις.

Fab. CLXV. — Suid. Αρκος.

Αρκος φιλειν ανθρωπον εκτοπως ηυχει.

Fab. CLXIX. — [1] Iulian. Ep. LIX
[2] Suid. Βαθυστρωτος. V. supra n. 36.

[1]Γαλη ποτ' ανδρος ευπρεπους ερασθεισα —
— — — [2] τουνδε της βαθυστρωτου,
Καταβασα κοιτης επεδιωκεν ἡ νυμφη.

Fab. CLXXII. — Suid. Πυρινῳ σιτῳ.

Γερανοι γεωργου κατενεμοντο * χωραν,
Εσπαρμενην νεωστι πυρινῳ σιτῳ.

In v. 1. rescripsit ΤΗΝ χωραν Vir doctissimus *Emend. in Suid.* III. 100. Rectissime.

Fab. CLXXIV. — Suid. Οτλος.

Ταλας, εφωνει, μοχθου οιον οτλευεις.

Fab. CLXXV. — Suid. Γομφιες.

Ὁδ' ωχριασας γομφιες τε συγκρουσας,

Μη μοι χαριζε, φησιν. ———

Fab. CLXXVIII. — Suid. Εναφηκαν.

Εναφηκαν * * σφηνας, ὡς διασαιη.

Fab. CCVIII.

βιος αβεβαιος παντος ανδρος απληστου.

ελπισι ματαιων πραγματων αναχουται.

Ex MS. Mediceo, pag. 37. V. supra ad Fab. LXXI.

Fab. CCXIV. Κωνωψ και ταυρος.

Κωνωψ επιπτας κερατι καμπυλω ταυρου,

Μικρον δ' επισχων, ειπε ταυτα βομβησας.

Ει σου βαρυνω τον τενοντα και κλινω,

Καθεδουμ' απελθων ποταμιαις επ' αιγειροις.

Ὁ δ', ου μελει μοι, φησιν, ουτ' εαν μεινης,

Ουτ' αν απελθης· ουδ' ὁτ' ηλθες εγνωκειν.

Ex MS. Vossiano, de quo supra ad Fab. CXXXIV.

MS. v. 1. επιτας κεπατι κ. ταυρος. 4. καθευδομαι η κατελθω. 5. αν μενης. 6. ουτε ὁτε η.

His tantum notare libet, codicem hunc ex fabulis, quas continet, octodecim duas

nobis

nobis integras, vt ab ipso Babrio scriptae sint, conseruasse. Quod sane spes nostras (p. 3.) non mediocriter confirmare videatur, multo plura operis Babriani fragmenta in lucem protrahi posse, si codices Aesopi, praesertim vetustiores, diligenter excutiantur. *Ex Auctario.*

Fab. CCXIX. — Suid. [1] φριξοτριχα. [2] Παλαμναιος.

[1] Κοιμωμενε Λεοντος αγριης χαιτης
Διεδραμεν Μυς· ὁ δε Λεων εθυμωθη.
Φριξας δε χαιτην εκθορε φωλαδος κοιλης —

——— ——— ———

——— [2] ουχι τον Μυν, ειπας, ἡ παλαμναια,
Δεδοικα, μη με την δοραν διακοι φευγων,
Χαιτην δ' εμελλε την εμην καταισχυνειν.

[2] Verba sunt *Leonis* ad *vulpem*, vt patet ex fabula prosaica; sed leuiter, vt credo, corrupta. Si enim το ΕΙΠΑΣ pro secunda persona Aoristi accipiamus, sensus laborabit, sin pro participio, metrum. Scribere possumus;

Ὀὐ, ουχι τον μυν, *) ΕΙΠΕΝ ἡ παλαμναια,
Δεδοικα. ———

*) *MS. C. C. C. habet* ειπεν. Ex Auctario.

Ille autem (Leo sc.) *dixit non murem, o scelerata, timeo.* Nam ἡ παλαμναια casu recto pro casu Vocandi positum esse suspicor; per Enallagen Graecis scriptoribus non inusitatam.

Fab. CCXXVIII. — Suid. Ερωτω.

Ελθειν προς αυτον επι το δειπνον ηρωτα.

Fab. CCXXXIX. — Suid. Βληχωδης.

Μωρος δε ποιμην και τα παντα βληχωδης
Πεμπειν εμελλεν. —

Fab. CCXLII, Γαλλοι και Ονος.

Γαλλοις αγυρταις εις το κοινον επραθη
Ονος τις ουκ ευμοιρος αλλα δυσδαιμων,
Ὁστις φερῃ πτωχοισι και πανεργοισι
Πεινης ακος διψης τε, και κακην τεχνην.
Ὁυτοι δε κυκλῳ πασαν εξ εθους κωμην
Περιιοντες ελεγοντο· τις γαρ αγροικων
Ουκ οιδεν Αττιν λευκον, ὡς επηρωθη;
Τις ουκ απαρχας οσπριων τε και σιτων
Ἁγνῳ φερων διδωσι τυμπανῳ Ῥειης;

Hoc fragmentum exstat ap. Tzetzem, Chil. XIII. 264. exceptis versibus 3 et 4, quos primus, opinor, in lucem protulit Natalis Comes, Mythol. l. IX. C. 5. An vero eos in Codice Tzetzis, vulgatis au-

ctiore,

ctiore, inuenerit, an apud alium quemuis scriptorem, mihi incompertum est.

Fab. CCXLIII. — Suid. Τρωγλη.

Αλλοι μεν κυ σωθεντες ησαν εν τρωγλαις.

Fab. CCLVIII. — Suid. Κωμηται.

Ονῳ τις επιθεις ξοανον ειχε κωμητης.

Fab. CCLX. — Suid. Κνηκιας.

Οδ' εκλυθεις πονων τε κ'ανιης πασης.

Τον κνηκιαν χασκοντα λακτισας φευγει.

Primum fabulae Babrianae Choliambum in fabula prosaica illaesum exstare vidit Bentleius, et ante eum Neueletus.

Ονος πατησας σκολοπα χωλος ἑιςηκει.

Exstat etiam versus vnus Mythographi illius, qui hanc fabulam in Hexametris expressit, ap. Suid. in v. Σκωλος.

Εκ μοι σκωλον ερυσσον, ὁ μοι κακον εμπεσεν ὁπλη. Et fortasse alter in v. Οιτος.

Ου τι δηκης απανευθεν αεικεϊ δαμναμαι οιτω.

Sed vide, an non hic melius conuenerit Fabulae 32.

Fab. CCLXV. — Suid. Βκολημα.

Χ' ωπως εχῃ τι βκολημα της λυπης

Ενεθηκε τοιχοις ποικιλας γραφας ζωων.

Fab. CCLXXXIX. — Suid. Ωνος,

Τι σοι το κερδος; η τιν' ωνον ευρησεις;

Fab. CCCII. Ex Aphthonio. V. supra p. 10. eiusdem argumenti fabulam, nunc primum editam ex Aesopo, Cod. Bodl. n. XCIII.

Suid. [1] Σωρακες. [2] Καμειραια ισχας. [3] Κριμνον.

[1] Πυδ' οσπριων ην σωρος, η πιθος συκων,
Σταμνοι τε μελιτος, σωρακοι τε φοινικων.

---

[2] Μικρον δ' επισχων, ευτ' εσωθεν εκκυψας
Ψαυειν εμελλεν ισχαδος Καμειραιας.

---

[3] Εγω δε λιτης και αφεξομαι βωλυ,
Υφ' ἡν τα κριμνα μη φοβυμενος τρογω.

[1] Non video, quomodo interrogatiuum πυ locum hic habere possit. Nihil tamen muto.

Fab. CCCVII. Ex Edit. R. Steph. p. 59.

Nec multum differt Fab. Cod. Bodl. n. 17.

Suid. Σισυρα.

Βορεη λεγυσιν Ηλιω τε τοιαυτην
Εριν γενεσθαι, ποτερος ανδρος αγροικυ
Οδοιπορυντος την σισυρναν εκδυσει.

V. supra n. 32.

Fab.

Fab. CCCLIII. Ex A. Gellio, Noct. Att. II. 29. vbi exstat Latine. Graece nondum prodiit.

Suid. [1] Λοφος. [2] Αμαν.

[1] Και παιδας ειχε ληιε κομη θρεψας
Λοφωντας ηδη και πτερυισιν ακμαιας.

---

[2] Νυν εςιν ουτως, παιδες, εκ τοπων φευγειν
Οτ' αυτος αμα, κ' ε φιλοισι πιςευει.

Fab. CCCLVI. *Gabriae*. V. supra p. 4. Fab. Cod. Bodl. 21.

Suid. [1] Παιαν. [2] Αυηνας.

[1] Ο δ' ειπε κλαυσας Φρυνος· ουχι παιανος
Τετ' εςιν ἡμιν, φροντιδος δε και λυπης.

[2] Ει γαρ μονος νυν λίβαδα πασαν αυαινει,
Τι μη παθωμεν των κακων, ὁταν γημας
Ομοιον ἁυτω παιδιον γεννηση; *) [f. επιγεννηση]

 [1] Cho-

*) *Lege, vt supra monui, pag.* 51.
Ὁμοιον ἁυτῳ παιδιον τι γεννησῃ;
Locum autem Suidae, quem Aesculapio nostro commendaui, iam dudum, vt video, curauerat Alberti ad Hesych. v. γυναιον. *Suidas scilicet, per errorem expli-*

[1] Choliambos hos duo, a Suida fine auctoris nomine citatos, Babrio nostro fidenter tribuo, huic fabulae dubitanter. Φρυνος enim proprie *rubeta*, βατραχος χερσαιος. Et tamen Nicander meminit

Λιμναιης Φρυνης πολυηχεος. *Alexiph.* 576.

vbi φρυνη pro *rana* ponitur.

Hesych. Φρυνος, βατραχος η παχυς.

Suid. Φρυνος, ὁ αδιαπλαςος βατραχος.

Quem locum acumini Toupiano illustrandum commendo, in curis NOVIS ad Suidam; si quas, etiam post NOVISSIMAS, litterarum Graecarum studiosis, vt spero, non inuidebit.

Fab.

explicationem, quae ad τον γυρινον pertinet, τῳ Φρυνῳ dedit. Γυρινος *enim* αδιαπλαςος βατραχος *apud omnes vnice vocatur, i. e. rana nondum perfecta. Nos diceremus, A tadpole.* V. *Schol. ad Aratum v.* 947. *ad* Nicand. *Ther. v.* 620. *Alex. v.* 563. *Vox* αδιαπλαςος, *quae ex rarioribus est, reddi debet, opinor, Athenagorae de Resurr. p.* 194. ἐν ὁμοιομερει και διαπλαςῳ τῳ σπερματι. *l.* αδιαπλαςῳ. *Ex Auctario.*

Fab. CCCLIX. Gabriae.

Suid. Ηρα.

*) Αισχρας τινος ηραται κακοτροπα δυλης·

Haec fabula exstat etiam in Cod. Bodl. n. VI. vbi sic incipit: Αισχρας τινι κακοτροπου δυλης ηρα δεσποτης κ. τ. λ.

Fab. V. Cod. Bodl. V. supra p. 41.

Suid. Στελεον.

Ει μοι γαρ υμεις στελεα παντα τικτητε,
Ουκ αν γεωργος πελεκυν εν δομοις ειχεν.

Fab. XLIV. Cod. Bodl. V. supra, p. 12.

Ζευς εν πιθω τα χρηστα παντα συλλεξας
Εθηκεν αυτον πωμασας παρ' ανθρωπω·
Ο δ' ακρατης ανθρωπος, ειδεναι σπευδων
Τι ποτ' ην εν αυτω, και το πωμα κινησας,
Διηκ' απελθειν αυτα προς θεων οικους,
Κακει πετεσθαι, της τε γης ανω φευγειν.
Μονη δ' εμεινεν Ελπις, ην κατειληφε
Τεθεν το πωμα· τοι γαρ ελπις ανθρωποις
Μονη συνεστι, των πεφευγοτων ημας —
Αγαθων εκαστον εγγυωμενη δωσειν.

Ex MS. Harleiano, de quo supra p. 47.-8.
Ex Auctario, p. 55.

Fab.

*) MS. Har. habet ΣΑΠΡΑΣΤΙΣ ηρα: Quod non spernendum est. Ex Auctario, p. 55.

Fab. XLVII. Cod. Bodl. V, supra p. 5.
Suid. Γερανος.

Λιβυσσα Γερανος ηδε Ταως ευπηληξ (
Χλωρην αει βοσκοντο χειματος ποιην. *).

Fab. LXXIV. Cod. Bodl. supra p. 6.
Suid. [1] Αχαιινη. [2] Πανθοινη. [3] Νεβρος.

[1] Τριαστα κωτιλλεσα την Αχαιινην
Επεισεν ελθειν δις τον αυτον εις ἁδην.

---

[2] Λεων μεν αυτος ειχε δαιτα πανθοινην,
Εγκατα λαφυσσων, μυελον αςεων, πιγων
Και σπλαγχνα δαπτων.

---

[3] Πεινωσα Κερδω, καρδιην δε νεβρειην
Λαπτει πεσεσαν αρπασασα λαθραιως.

Duobus Hexametris, quos supra protuli in in. 7. iuuat addere nonnulla eiusdem Auctoris anonymi fragmenta, quae ad hanc fabulam verisimiliter referantur, ex *Suida* in v. [1] Ηπεδανος. [2] Πορφυρει. [3] Φηλαν.

—— [1] εγγυθι δ'εςη
Ηπεδανοιο Λεοντος. ——
[2] Και οι πορφυροντι διακριδον αμφις ἑκαςα,
[3] Κερδεσι φηλωθεισα θαη Κεμας.

Fab.

* *Lege vt supra monui, p.* 51.
Λιβυσσα Γερανος ηδε Ταως ευπηληξ
Χλωρην αει βοσκοντο χειματος ποιην.

P. 40. *l.* 15. *MS. C. C. C. habet* επι χελιδονες.
Ex Auctario.

Fab. LXXXV. — Cod. Bodl. V. ſupra p. 10.

Suid. [1] Φρητρα. [2] Διαργεμοι.

[1] Οἱ σφας εκοσμεν, και διειλον· εις φρητρας,
Λοχȣς τε και φαλαγγας, ὡσπερ ἀνθρωπȣς.

---

[2] Αλλ' ὁι μεν ὑμων [f. ἡμων] μελανες ὁι-
δε τεφρωδεις,
Ἑτεροι δε ξανθοι και διαργεμοι ςηθη.

FABVLARVM INCERTARVM FRAGMENTA.

Apollonii Lex. Homer. Αειδε.

——— ταυτα δ' Αισωπος
Ὁ Σαρδιηνος ειπεν, ὁντιν' ὁι αδελφοι
[f. Δελφοι]
Ἀδοντα μυθον ȣ καλως εδεξαντο.

Haec autem depromta eſſe ſuſpicor ex epilogo fabulae (in Edit. Oxon. 2.) *de Aquila et Scarabaeo*, de qua V. Ariſtoph. *Veſp.* 1437. et ibi Scholiaſten.

Suid. Εν τῳ μερει.

Ιδων κἀκεινος, εν μερει γαρ ἠλωκει,
Γαμειν εμελλεν. ——

Haec ex Babrii choliambis decerpta eſſe notavit doctiſſimus Toupius [*Emend. in Suid.* I. 139.] atque ita legenda, metro poſtulante;

Ιδων

Ιδων Δ' εκεινος ——

Quod quidem non improbandum est. Sed cum in capite huius articuli apud Suidam, et in aliis exemplis, quae ibi proferuntur, scriptum videam Εν τω μερει, malim etiam hunc versum ad eandem normam sic refingere.

Κἀκεινος ιδων εν ΤΩΙ μερει γαρ ἠλωκει,
Γαμειν εμελλεν.

Quinetiam, vt mihi nunc videtur, fragmentum hoc non male referatur, ad fabulam (Edit. Oxon. 169.) *de Fele in foeminam conuersa.*

Suid. Ηϊων.

Ουπω δε καιρος εστιν ηϊα λυειν.

Suid. Κωλωτης.

Σοφης Αραχνης ισον ὑρε Κωλωτης,
Και λεπτον ενεδυ φαρος εκτεμων τοιχȣ.

Suid. Νεμεσις.

Παρη δε Νεμεσις, ἡ ταγης εποπτευει.

Suid. Νεος.

Και τις γεωργος πυρον εις νεον σπειρας
Φυλασσειν ἑως. ——

Suid.

Suid. Οιναρα.

Δημητρι ταυρων οχλον αγροτης θυσας
Αλω πλατειαν οιναροις υπεςρωκει.

Taurorum Turbam (a rustico scilicet immolatam) recte explodit vir acutissimus. *Emend. in Suid.* II. 172. Quae autem reponit,

Δημητρι, ΤΑΥΡΟΝ ΕΥΧΛΟΩΙ 'γροτης θυσας --
licet erudite et subtiliter excogitata, dubito, an omnibus probaturus sit.

Mihi in mentem venerat —

Δημητρι ΤΑΥΡΟΝ ΧΩΛΟΝ αγροτης
θυσας --

Sed fortasse satius est coniecturis supersedere, donec fabulae, ex qua haec citantur, argumentum magis notescat.

Suid. Πιθηκος.

Κερδω πιθηκῳ φησιν, ἡν ὁρας ςηλην
—— Εμοι πατρῳη τ'εςι κἀτι παππῳη.

Suid. Πυρριχαις. *Camelus* loquitur.

—— εμοι γενοιτο κἀν ὁδῳ βαινειν
Μη καταγελαςον, μητε πυρριχην παιζειν,

Suid. Τἀπιχειρα.

Αμεινονα εχων τἀπιχειρα της ἡττης.

Ho-

Horum ſedem indicat Suidas εν Μυθικοις. Vt Babrio tribuam facit metrum Choliambicum, licet non ex omni parte perfectum. Scribendum credo,

Αμεινον' ΑΠΕΧΩΝ ταπιχειρα τυς ηττης.

Quod ſi haec intelligas de *Gallo gallinaceo*, qui pugna victus victoriae tamen praemia retulit, (Edit. Oxon. fab. 145.) non multum, opinor, errabis.

Suid. Τιττυβιζετε.

Ταυτης ακουσας μικρα τιττυβιζυσης.

Suidae locus ſic ſcribitur

Τιττυβιζετε ποιον ηχον αποτελειτε. Και Βαβριος, επη Χελιδονος ταυτης ακυσας μικρα τιττυβιζυσης. In quae vir doctiſſimus, *Emend. in Suid.* III. 208. haec notat.

„ Babrii verſiculi, qui choliambi ſunt, nonnihil laborant. Nam poſtremum locum verſus prioris occupat iambus: quod contra artem eſt. Reſcribo, idque eleganter,

———— επη Χελιδονος ΤΑΥΤΑ

ΤΑΥΤΗΣ ακυσας μικρα τιττυβιζυσης."

Mihi

Mihi profecto verba Suidae ſic potius ordinanda videntur. Τιττυβιζετε, ποιον ηχον αποτελειτε. Και Βαβριος ΕΠΙ χελιδονος. *Et Babrius de hirundine* (hac ſcil. voce vtitur, in verſiculo ſequente), ταυτης ακȣσας μικρα τιττυβιζȣσης.

Etymolog. M. Πεπρωμενον.

Α σοι πεπρωται ταυτα τληϑι γενναιως·
Και μη σοφιζȣ· των [f. το] χρεων γαρ ȣ φευξη.

PRAETER HAEC ſunt etiam duo fragmenta, quae Babrio tribuit auctor libelli, cui titulus „*Dr. Bentleys Diſſertations Examined. London.* 1698." pag. 245. Sed illud, quod ex Suida citatur in v. Παλαμναιος, Procopii eſſe monuit Küſterus. Alterum a Scholiaſte Thucydidis ſic repraeſentatur p. 266. Ed. Hudſ. εκ των τȣ Αισωπȣ μυϑων, αλλος αλλον αγρευσαι ϑελων τρεχει τις αλλος δ'αλλον εκ κακȣ σαζων. Haec autem cum et metrum luxatum ſit, et ſenſus obſcurus, an noſtri ſint, diiudicare nolim, donec accuratius ſcripta inueniantur.

POSTSCRIPTVM

Cum superiora typis iam descripta essent, commodum literas accepi a viro Rev. HENRICO MATTY, Legato Regio in Gallia a SACRIS, qui codicem illum Coislinianum, de quo in n. 36. mentionem feci, rogatu meo inspexit. Locus a Montfauconio indicatus ita se habet: ΒΑΒΡΙΟΥ· Δεον τα τελη των πραγματων ἡμας προορᾳν, και ὁυτως την τουτων εγχειρισιν ποιεισθαι. Haec autem non ex Babrii Choliambis, sed ex prosaica quadam fabularum eius versione depromta esse credibile est; et quidem nisi fallor, ex epimythio fabulae de *Vulpe et Hirco*, Edit. Oxon. 4. Sic enim epimythium illud in Editt. vulgatis legitur: ὁ μυθος δηλοι ὁτι ουτω και τον φρονιμον ανδρα ΔΕΙ, προτερον ΤΑ ΤΕΛΗ σκοπουντα ΤΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ, ειθ' ΟΥΤΩΣ αυτοις ΕΓΧΕΙΡΕΙΝ.

Et haec quidem quidem spes sic decollauit. At contra thesaurum prorsus insperatum

ſpeciatum intra hos paucos dies detexit, mihique amiciſſime obtulit, Vir doctiſſimus SAMVEL MVSGRAVE, Medicus Londinenſis; fabulam ſcilicet Babrii integram, cuius proſaicam verſionem, ſed turpiter mutilatae, ex codice Bodleiano ſupra edidi, p. 22. Hanc igitur, vt in MSto Harleiano, n. 3521, inter aduerſaria viri cuiusdam docti, ſed ignoti, reperta eſt, typis exprimendam, et hic quaſi lautam coenulae breuis epideipnida, apponendam curaui.

***** Βαβριου.

Βαλεριȣ χωριαμβικοι ϛιχοι εκ των Αισωπȣ μυθων.

Ζευς εν πιθῳ τα χρηϛα παντα συλλεξας
Εθηκεν αυτον πωμασας παρ' ανθρωπῳ·
Ὁ δ' ακρατης ανθρωπος, ειδεναι σπευδων
Τι ποτ' ην εν αυτῳ, και το πωμα κινησας,
Διηκ' απελθειν αυτα προς θεων οικȣς,
Κἀκει πετεσθαι, της δε γης ανω φευγειν.
Μονη δ' εμεινεν Ελπις, ἡν κατειληφε
Τεθεν το πωμα. τοιγαρ Ελπις ανθρωποις
Μονη συνεϛι, των πεφευγοτων ἡμας
Αγαθων ἑκαϛον εγγυωμενη δωσειν.

In MSto, nomini Βαβρια, quod in prima linea clare legitur, praefigitur vocula, vt videtur, Latina, ſed characteribus ex feſtinatione ſcribentis tam perverſe formatis, vt de vera eorum poteſtate aliquid certi ſtatuere difficillimum ſit, niſi forte plura eiusdem manus ſcripta inſpiciendi facultas detur. Coniicere licet, nomen illud Βαβρια eſſe emendationem alterius, quod infra ſcribitur, Βαλερια: ſed, quidquid eſt, dubitari vix poteſt, hanc fabulam ab eodem auctore profectam eſſe, a quo cetera omnia, quae in hoc opuſculo collecta ſunt, fragmenta fabularum Aeſopearum choliambica.

F I N I S.